

INFORMATION TO USERS

This manuscript has been reproduced from the microfilm master. UMI films the text directly from the original or copy submitted. Thus, some thesis and dissertation copies are in typewriter face, while others may be from any type of computer printer.

The quality of this reproduction is dependent upon the quality of the copy submitted. Broken or indistinct print, colored or poor quality illustrations and photographs, print bleedthrough, substandard margins, and improper alignment can adversely affect reproduction.

In the unlikely event that the author did not send UMI a complete manuscript and there are missing pages, these will be noted. Also, if unauthorized copyright material had to be removed, a note will indicate the deletion.

Oversize materials (e.g., maps, drawings, charts) are reproduced by sectioning the original, beginning at the upper left-hand corner and continuing from left to right in equal sections with small overlaps.

ProQuest Information and Learning
300 North Zeeb Road, Ann Arbor, MI 48106-1346 USA
800-521-0600

UMI[®]



NOTE TO USERS


This reproduction is the best copy available.

UMI[®]



OSP. 2

DE OPERATIONE
CAUSAE PRIMAE IN CAUSA SECUNDA
PER PRAMOTIONEM PHYSICAM
EXPLICATA.



"Deus est enim qui operatur
in nobis et velle et perficere." Phil. II, 13.

Richelieu, die 27a martii, in Resurrectione Domini A.D. 1932.

Julien Gendron O.S.M.I.

UMI Number: DC52351

INFORMATION TO USERS

The quality of this reproduction is dependent upon the quality of the copy submitted. Broken or indistinct print, colored or poor quality illustrations and photographs, print bleed-through, substandard margins, and improper alignment can adversely affect reproduction.

In the unlikely event that the author did not send a complete manuscript and there are missing pages, these will be noted. Also, if unauthorized copyright material had to be removed, a note will indicate the deletion.

UMI[®]

UMI Microform DC52351
Copyright 2007 by ProQuest LLC
All rights reserved. This microform edition is protected against
unauthorized copying under Title 17, United States Code.

ProQuest LLC
789 East Eisenhower Parkway
P.O. Box 1346
Ann Arbor, MI 48106-1346

CONSPECTUS GENERALIS

B. CONSPECTUS

et

Praenotia

Index rerum

1° Praenotia generalis Del et abstractio prima spe-

rationem. P. 1

I°- Propositio Thesis:-

1° Conspectus in genere et quid sit. P. 2

II°- Introductio: Memoranda ad rectam thesis probationem

A. Theoria actus et potentiae:

I. Conceptus simpliciter

B. Metaphysica: 1° ascendens: P. 4

1° quid sit etive ex parte Del sive abstractio prima

2° descendens: P. 5

2° ratio mundi. P. 6

C. Notiones necessariae: 1° De Deo: P. 5

II. Conceptus simpliciter materia diversarum conditionum

2° De Creatura: P. 6

A. Elementa. Philosophia physica

III°- Status quaestionis:-

A. Causalitas efficiens:-

Praenota: De Causis in genere: 1° quid: P. 8

2° praenotia applicans: 2° quotuplex: P. 9

1° quid sit causalitas efficiens: P. 9

a. in actu primo seu principium agendi: P. 9

b. in actu secundo seu actio: P. 11

2° quotuplex sit: a) ex sufficientia principii

a. ratione connexionis cum effectu: P. 12

b. ratione perfectionis: P. 12

c. ratione modi agendi: P. 13

d. ratione efficientiae: P. 13

1° De causa prima et secunda principia: P. 14

2° De Constitutivo formali instrumentali: P. 15

2° De Constitutivo formali instrumentali: P. 14

C. Augustinianismus: Delectatio victoriae non nocet

moralis: P. 17

B. Concursus:-

Praenota:-

1° Problema relationum Dei et creaturae quoad operationem. P.18

2° Concursus in genere: a. quid P.20
b. quotuplex: P.20

I. Concursus simultaneus:-

1° quid sit sive ex parte Dei sive ex parte creaturae. P.20
2° ratio ponendi. P.21

II. Concursus praevius: Doctrina diversarum scholarum

A. Thomistae:- Praemotio physica

Introductio seu enuntiatio doctrinae P.23

- 1° Motio seu praemotio:- P.24
- 2° Praemotio physica:- P.30
- 3° Praemotio applicans:- P.31
- 4° Praemotio determinans:- P.34

B. Molinistae:

- 1° Expositio systematis P.39
- 2° Probat: a) ex sufficientia concursus simultaneus. P.41
b) ex conservatione libertatis humanae. P.42

c) melius explicat quomodo Deus non

- 1. Necessitas praemotiois: est causa peccati. P.42
- 2. Possibilitas antitetic praemotiois: P.42
- 3. "Motio sui" voluntatis sub praemotiois: P.42
- 4. Sub praemotiois: ubi agitur de Praemotiois indifferenti. P.43

3. Scholia:

C. Augustinianismus: Delectatio victrix seu motio

- 1. Visio doctrinae Augustinianae P.43
- 2. Doctrina Augustinae de cooperatione divina ad ordinem moralem. P.43
- 3. Scholia ad Augustinum P.43
- 4. Logica doctrinae Augustinianae P.43

D. Schola "Cajetano-Thomistica" Paquet, Satolli, Pecci etc.

1° Expositio: Concursus cooperativus P. 44

2° Rationes:-

a) Principium Aristotelicum: P. 44

b) Auctoritates S. Thomae: P. 44

c) Testimonium Cajetani: P. 45

IV° Probatio:-

A. Positive:-

Iam Argumentum: generale: ex causa in potentia ad operandum P. 46

IIum Argumentum: in quantum causae secundae sunt instrumenta Dei. P. 49

IIIum Argumentum: Deus praemovet ut causa libertatis. P. 51

IVum Argumentum: Ex subordinatione causae liberae in causalitate. P. 54

Vum Argumentum: Ex indeterminatione causarum liberarum P. 57

B. Negative

I. Refutatio Molinistarum: P. 61

II. Refutatio Augustinianismi: P. 70

III. Scholae Cajetano-Thomisticae refutatio: P. 71

V° Conclusio:

A. Corollaria:-

1. Necessitas praemotionis: P. 77
2. Possibilitas entitatis praemotionis: P. 78
3. "Motio sui" voluntatis sub praemotione: P. 79
4. Sub praemotione, perfecte stat libertas: P. 79

B. Scholia:

1. Vitia doctrinae adversariae P. 80 R. 81
2. Doctrina S. Thomae de causalitate divina in ordine naturali
3. Solutio S. Thomae: P. 82
4. Logica doctrinae thomisticae: P. 83

DEUS ET HOMO IN CONSTITUTIONE MUNDI

IN PHILOSOPHIA ANTIQVA ET MODERNA

REPUBLICANA

Philosophia est scientia quae de rebus divinis et humanis tractat. In antiqua philosophia deus est causa prima et finalis. In moderna philosophia deus est causa prima et finalis. In republicana philosophia deus est causa prima et finalis.

I°- Propositio thesis:-

Philosophia est scientia quae de rebus divinis et humanis tractat.

Philosophia est scientia quae de rebus divinis et humanis tractat. In antiqua philosophia deus est causa prima et finalis. In moderna philosophia deus est causa prima et finalis.

"DEUS PHYSICE ET INTRINSECE PRAEMOVET OMNEM

Philosophia est scientia quae de rebus divinis et humanis tractat.

CAUSAM SECUNDAM AD MOTIONEM, ETIAM VOLUN-

Philosophia est scientia quae de rebus divinis et humanis tractat.

TATEM LIBERAM CREATAM":

Philosophia est scientia quae de rebus divinis et humanis tractat.

Philosophia est scientia quae de rebus divinis et humanis tractat.

Philosophia est scientia quae de rebus divinis et humanis tractat.

Philosophia est scientia quae de rebus divinis et humanis tractat.

Philosophia est scientia quae de rebus divinis et humanis tractat.

Philosophia est scientia quae de rebus divinis et humanis tractat.

Philosophia est scientia quae de rebus divinis et humanis tractat.

Philosophia est scientia quae de rebus divinis et humanis tractat.

Philosophia est scientia quae de rebus divinis et humanis tractat.

Philosophia est scientia quae de rebus divinis et humanis tractat.

Philosophia est scientia quae de rebus divinis et humanis tractat.

Philosophia est scientia quae de rebus divinis et humanis tractat.

Philosophia est scientia quae de rebus divinis et humanis tractat.

Philosophia est scientia quae de rebus divinis et humanis tractat.

Philosophia est scientia quae de rebus divinis et humanis tractat.

A-THEORIA DE ACTU ET POTENTIA, THEORIA FUNDAMENTALIS

IN PHILOSOPHIA ARISTOTELICO-THOMISTICA AD REALITATEM

EXPLICANDAM.-

Philosophia nata est eo instanti in quo homo sibi proposuit suum primum "cur".- Nata est cum homine, praedito intelligentia, quia ad satisfaciendum naturalem suum desiderium sciendi, vult legere in creatione, (sic etymologice intelligentia significat intus legere) ut abstrahet ex ea ejus secreta et cognoscat intimas concatenationes inter res.- Philosophare igitur, hoc est obsequi intelligentiae, satisfacere inclinationem suam innatam sibi, arrogandi ens ipsum, scrutandi res ad cognoscendam constitutionem earum intrinsecam, earum originem et finem. Homo stans versus naturam rerum, eam interpellat: quae es tu? unde venis? quo vadis?- Hic homo est Philosophus et responsiones ultimae ad has quaestiones constituunt Philosophiam. Philosophia etenim est cognoscere res, ea cognitione certa et evidenti quae longe repellat a se dubium et opinionem procurando intellectus quietem; est cognoscere res per earum causas, earum rationes, earum "ultimum cur" et tota ista inquisitio a lumine rationis naturalis dirigatur et adjuvetur:- "Philosophie est cognitio per ultimas causas sub lumine naturali rationis". Philosophare "juste" non est facile: testes enim sunt, omnia ista systemata disposita secus saecula qui conati sunt explicare rerum constitutionem, cum exitu plus minusve magno, plerumque sive exitu reali, saepissime plena erroribus et falsitatibus. Adversus hanc infelicem contentionem, an ratio debebat sese recusare ad solvendum haec magna problemata humanitatis tormenta:- mundus, homo et Deus.- Minime quidem. Inter istas Philosophias tam diversas, surgat una Philosophia

qui per ejus principiorum soliditatem ejusque solutionum amplitudinem, sese imponit ad intellectum humanum. Inchoata istis generis nemini similibus, Socrate, Platone et Aristotele, christianizata Sanctis doctoribus Ecclesiae, habet formam suam definitam cum illustri Sancto Thoma qui vocatur lumen et doctor communis totius Ecclesiae. Et haec Philosophiae semper et ubique, gloriabitur nomine duorum praeclarissimarum ejus fautorum, Aristotelis et Thomae Aquinatis et vocabitur in posterum Philosophiae Aristotelica-Thomistica.

Haec Philosophiae est philosophia "per excellens" quia eminenter est philosophia naturalis magis apta intellectui humano. Est philosophia evidentiae quae est fulgoris entis, philosophia entis quod vult recte explicare et consequenter philosophia intelligentiae cujus objectum est ens. Haec Philosophiae non timet realitatem; e contra vult eam scrutare, analyzare et cognoscere quidquid est intelligibile in ea. Armata observatione et ratiocinio, adhaeret enti, semper eo erit fidelis et irradiata lumine entis, inquisitionem instituet circa mundum, hominem et Deum, et non cessabit donec perveniat ad sacra limina divinae Revelationis.

Ad explicandum primum problema quod immediate stat ante oculos mentis ejus qui vult philosophare i.e. conciliationem principium identitatis cum motu rerum et earum multiplicitate, haec philosophia perennis aedificavit hanc splendidam theoriam de actu et potentia, lapidem fundamentalem et conclusuram totius aedificii Aristotelico-thomistici. En erat difficultas: 1° ex motu:—Ex ente non fit ens, quia jam est ens, v.g. ex equo non fit equus jam est equus.—Ex nihilo nihil fit.— Si ita est, unde est motus?—

Pro Heraclito, qui non possat explicare motus originem, nil admittebat nisi solum "fieri" et ens habens esse ratum et fixum non existebat.— E contra Parmenides, jam admittens realitatem entis, sim-

pliciter et absolute negabat productionem cujuslibet i.e. fieri. Aristoteles, adhaerens tum observationi qua admittebat motum tum primis principiis fundatis in ente respondet: -ex nihilo nihil fit, concedo, sed ex ente non fit ens distingo: -ex ente determinato, in actu non fit ens concedo; ex ente non determinato in potentia, non fit ens nego. Unde theoria de actu et potentia erat pro Philosopho solutio luminosa problematis ex motu rerum. Item ex multiplicitate rerum exurgat difficultas conciliandi principium identitatis cum realitate. Ens limitatur, diversificatur, multiplicatur et hoc nequit fieri ab seipso neque ab alio i.e. a non ente. Parmenides concludebat: ens remanet unum indivisum, unicum. Cum sua doctrina, Aristoteles sic arguat: Ens non limitatur, diversificatur et multiplicatur ab alio i.e. a non ente: concedo. Non a seipso: Distinguo: -ens in actu limitari, diversificari et multiplicari nequit a seipso, concedo, per potentiam realiter ab eo distinctam nego.

Ex his dictis, magna delineamenta istius theoriae jam apparent: -actus dicit perfectionem et non est capacitas perfectionis sed ipsa perfectio. -econtra, potentia dicit capacitatem perfectionis, consequenter dicit imperfectionem et definitur necessario et essentialiter per ordinem ad actum v.g. Potentia ambulandi, - Actus, de se, est perfectio non definitur per potentiam; est aliquid absolutus et si dicit relationem ad potentiam vel ad ulteriorem actum, hoc ei accidit inquantum est tale actus. Neque proprie neque improprie definitur sed tantum declaratur per inductionem ex exemplis particularibus v.g. actus videndi dicitur de deo qui revera videt. Unde actus est perfectio et de se nullam involvit imperfectionem. Sed de facto invenitur limitatus, multiplicatus non potest fieri nisi quia 1° iste actus ordinatur ad ulteriorem actum et sic ipse est potentia et sic limitatus, 2° quia recipitur in aliqua potentia quae ut limitata limitat quicquid recipitur in seipsa. Esse est actus unde de se illimi-

tatus. Invenitur limitatus in creaturis, cur? quia recipitur in essentia creata quae est capacitas essendi. Essentia angeli nulla dicit imperfectionem in ordine essentiae, si de facto angelus est imperfectus ratio est ordinatio essentiae ad actum ulteriorem, ad existentiam.

Quod attinet ad immediatas consequentias istius theoriae notetur has sequentes:- Solus Deus est actus purus in omni ordine et creatura est ens admixtum actus et potentiae. In ordine causalitatis, notetur etiam 1° quidquid est in potentia non reducitur de potentia in actum nisi per ens actu et 2° quidquid movetur, ab alio movetur. Haec omnia sunt magni momenti ut patebit in sequenti.

B- METAPHYSICA ASCENDENS ET DESCENDENS?

1° Metaphysica ascendens:- Haec metaphysica entis, haec explicatio rerum duplicem habet principium:- rationale et experimentale, rationale quod est prima principia rationis praesertim principium identitatis seu contradictionis: omne ens est id quod est vel impossibile est idem simul esse et non esse; ex alia parte, facta experimentiae, imprimis motus rerum sensibilibus.- Ex comparatione principii identitatis a Parmenide affirmati cum motu ab Heraclito admissio, exoritur haec theoria actus et potentiae perfecte elaborata ab Aristotele, theoria quae sola potest conservare et rite explicare fluxum rerum, "fieri" cum identitate subjecti, Et si hanc percelebrem theoriam, profunde scrutamur, debemus admittere in omni ente creato, quia imperfecto subiecto motui, potentiam et actum, essentiam et esse inter se realiter distincta. Magisvero, versus hoc ens creatum, ad respondendum ad omnes exigentias principiorum identitatis: "omne ens est id quod est", et rationis sufficientis: "omne ens debet explicari", et causalitatis: "quidquid fit habet causam," necessario debemus progredere usque ad unam causam, causam primam, quae debet esse actum purum, ipsum esse per naturam, in quo identificatur esse et essentia et haec

causa est ipse Deus. Nulla creatura est explicabilis sine Deo qui sic concepto est essentialiter distinctus a mundo composito ex essentia et esse et mutabili per essentiam. Deus est ultimus terminus metaphysicae ascendente et nullus, bene philosophans, potest ab his conclusionibus sese subtrahere.

2° Metaphysica descendens:- Deus, ultimus terminus metaphysicae ascendente, erit lux ipsa illuminatrix metaphysicae descendente. Etenim scopum hujus metaphysicae est explicare per Deum, sine timore atrocitatis deductionum, ista facta experientiae et ipsum motum unde oritur theoria actus et potentiae. Agere sequitur esse est axioma ab omnibus admissum in Philosophia: modus agendi dependet a modo essendi. Consequenter ens quod est a se, habet suum agere a se, a nullo alio dependens, contra ens quod est ab alio, habet suum esse ab alio, haec est creatio a Deo, habet conservationem sui esse ab alio, in doctrina conservationis, et etiam habet suam actionem ab alio i.e. a Deo, et hoc principium quod si tenemus et ei adhaeremus, problema in praesenti thesi expositum recte solvetur in quantum tamen patitur imbecillitas nostrae intellectus. Si ad salvanda prima principia, admissio Dei omnino est necessaria, explicatio rerum et etiam actionum creaturae per Deum laederit-ne ista principia identitatis et causalitatis? Certe non ut majus patebit in sequentibus foliis. Horum omnium mementote si vis recte solvere famosum problema conciliationis actionis Dei cum libertate seu actionis liberae creaturae.

C- NOTIONES NECESSARIAE DE DEO ET DE CREATURA:

1° Deus: - Terminus metaphysicae ascendente, est ens supremus, actus purus, omni-perfectus, nihil habens potentialitatis, primum ens, summum ens; et si volumus dare suam essentiam metaphysicam i.e. id quod secundum modum nostrum intelligendi concipimus tanquam constitu-

tivum Dei et radix omnium perfectionum quae in eo sunt, dicemus quod identificatio suae essentiae cum sua existentia est constitutum metaphysicum Dei et radix omnium suarum perfectionum in gradu infinito. Deus est igitur ens a se, esse subsistens. Consequenter Deus est agens a se, per essentiam, agere sequitur esse, est intelligens per essentiam, volens per essentiam liber per essentiam. Et in virtute istius principii: "quod est primum in quolibet genere est causa omnium quae sunt post" II Met. 1. III, 56. 1- omne ens quod non est a se essentialiter pendet a Deo. Deus est ens per essentiam, omnis participatio entis, i.e. creatura totaliter dependet ab eo. Est intelligentia subsistens, omnis intellectualitas participata est ab ipso. Est voluntas a se, omnis voluntas creata ab eo participatus. Est liber primus, libertas prima, omnis libertas participata in suo ipso actu libertatis, erit ab ipso. Est actio subsistens, omnis actio participata ab ipso. Est actio libera per essentiam, cur tunc actio libera qui non est a se non esset a Deo? Haec sunt quod de Deo volumus tantum dicere et ductus ab his luminosis notionibus salvemus confidenter relationes Dei et creaturae.

2° Creatura:- toto coelo differt creatura a Deo. Creaturam concipimus tanquam ens admixtum actus et potentiae, ens ab alio, ens recipiens esse ab alio, in quo esse connectitur necessario cum essentia, in quo consequenter essentia et esse realiter differunt tanquam duae realitates positivae quae in ordine entitativo sunt sibi ad invicem complementes. Haec natura entis creati est plena consequentiarum tum respectu suae actionis tum respectu relationum cum Deo, ente primo et actu puro. Etenim, quia adest distinctio realis inter essentiam et esse, ens creatum, sicut est in potentia ad suum esse, ita est in potentiam ad suum agere, ad suam actionem. Et tunc valet pro reduc-

atione in actum i.e. pro transitu de "potentia agere" ad "actum agere"
axioma supra enuntiatum: quod est in potentia non reducitur de poten-
tia in actum nisi per ens actu. Erit-ne exceptio pro voluntate crea-
ta libera? Nunquam, Voluntas etiam libera estne in potentia ad actum?
Si est in potentia, non potest reduci nisi per ens actu quod est Ipse
Deus, Liber primus et fons totius libertatis nostrae. Magisvero crea-
tura, per suam naturam ipsam est ens ab alio; unde omne quod habet,
originatur a Deo. Non est a se, est ab alio dependet necessario et es-
sentialiter ab ente quod non est per participationem secundum princip-
pium: "semper, id quod per se est causa ejus quod est per aliud". (S.
Thom. in Anal. post. 2 lect. 7 in fine). Haec sufficiant circa Deum
et creaturam; aliae notiones patebunt suo loco.

III°- STATUS QUÆSTIONIS

A- Causalitas efficiens;-

Praenota: De Causis in genere:- 1°quid:-Cognoscere, comprehendere/intellectualiter aliquod ens, consistit scitu de eo, plus minusve perfecte, diversa "cur" ipsius entitatis et realitatis, diversas rationes sufficientes entis i.e. omne quod, contribuens aliquo modo ut hoc ens sit, permittit, semel cognitum, explicare ipsum sub his diversis aspectibus sub quibus potest investigari. Sume exemplum v.g. statuam. Quandam eam cognoscam bene et totaliter nisi quando sciam, quid deservit ad eam faciendam, quam est formam ejus, quam eam fecit et cur iste agens eam fecit. Unde ab bene cognoscendam statuam debeo innotescere materiam ex qua fit, formam quae actuat et determinat hanc materiam, sculptorem qui applicavit hanc formam ad materiam et tandem finem "cujus gratia" qui inducit illum operatorem ad operandum. Unde illic quatuor rationes sunt lamina quae mihi explicant quid est statua, rationes sufficienter entitatis statuæ. Et recte possumus affirmare quod sine his quatuor statua nullo modo existenet. Potestne habere statuam sine ulla materia. Quid serviret ad statuam, materiam si in hac materia nulla adest forma? Materia potestne recipere formam et forma determinare materiam si ad hoc nullum agens adsit. Item si agens nullum habet finem, nunquam incipiet motum seu educationem formae ex materia. Ergo ista quatuor sunt principia unde profluit statua, sunt principia positiva, habentia effectum formalem positivum et vere influunt esse in statua ita ut haec totaliter et realiter dependent ab unoquoque differenter tamen, quia unumquodque influit esse modo proprio, ut infra notabitur. Ex his omnibus possumus dicere quod causa est "principium positivum unde aliquid procedit secundum dependentiam in esse." Nota quod ista definitio potest vocari definitio

~~potest vocari definitio causae~~ quasi generica (conceptus causae respectu quatuor causarum non est univoca sed analogica), quia univocaeque causae respondet definitio propria specifica.-2° quotuplex est causa:- divisio sumitur ex ratione formali causae: influere esse secundum dependentiam in esse. Atqui quatuor modis potest aliquid influere esse in aliud^o seu habere, a se dependens, ^{id est} aliud secundum esse ut potest deduci ex exemplo supra allato: vel ut materia, vel ut forma, vel ut efficiens vel ut finis.- Materia influit esse sustentando formam, forma actuando materiam, efficiens efficiendo applicationem formae ad materiam et finis alliciendo causam efficientem ad hoc opus. Quare quatuor sunt genera causarum: materialis, formalis, efficiens et finalis. Manifestatio harum causarum patet sive ex experientia interna et externa ad explicationem actionem nostram in rebus et vice versa, sive ex ratiocinio ad explicandum "ens novum" in rerum natura. Sed nunc pro nostra thesi praesenti maxime interest causa efficiens de quo sermo immediate, dicendo, quid, quotuplex, determinatis specialiter aliquibus notionibus circa causam principalem primam et secundam, causam principalem et causam instrumentalem.

1° Quid est causalitas efficiens:-

a) In actu primo: innitus in experientia sensibili, Aristotelis formulavit definitionem causae efficientis. Nil est magis obvium quam motus in rebus, motus qui tendit, natura sua, ad mutationem sive substantialem sive accidentalem secundum quod materia prima acquirat formam substantialem vel materia secunda recipit formam accidentalem. Quod mutatur^{us} erat in potentia ad mutationem, ad formam acquirendam, eam non habebat, necesse erat ut dirigatur ad hanc formam. Per se, non poterat sibi dare hanc formam: nemo dat^{us} quod non habet et^{us} quidquid movetur ab alio movetur. Iste "aliud" quod erit fons motus et mutationis cuius terminus erit acquisitio formae a...

a materia, quis erit? Estne privatio formae? Certep privatio formae praecedentis requiritur ad novam formam recipiendam, sed privatio non est principium positivum unde profluit motus. Estne finis? Non, quia agitur de motu reali, in ordine executionis, et finis, alliciendo, agit tantum modo in ordine intentionis. Principium mutationis erit ens in actu, agens seu causa efficiens qui per actionem suam educat formam ex potentialitate materiae. Nunquam materia et forma exercerent causalitatem respectivam, materia sustentando et forma determinando nisi agens exercuerit suam actionem per quam incipit motus seu inceptio formae in materia sive prima sive secunda. Unde recte definitur ab Aristotele, causa efficiens in actu primo: "principium positivum a quo profluit motus seu acquisitionis formae a materia." Aliae definitiones ab aliis auctoribus traditae verba tenus differunt v.g. "principium primum motus", - "Principium extrinsecum quod physice agendo producit aliquid a se realiter distinctum". Pro Aristotele carente notione creationis, in sua definitione motus significat mutationem physicam quae fit ex praejacente materia seu subiecto ex quo educitur forma sive substantialis sive accidentalis. Nil opponitur ad hoc quod per "motum" significatur etiam motus metaphysicus i.e. transitus de non-esse ad esse et vice versa et sic extensa, definitio causae efficientis applicatur etiam ad causalitatem efficientem Dei. Certe haec definitio causae efficientis dicta de Deo et de creatura est analogia et ipsa causalitas Dei intrinsece nos latet et non cognoscimus eam nisi per creaturas.

Nunc si volumus scire quid est in concreto causa efficiens eccē: Pro Deo est ipsa sua substantia. In creatura distinguitur:

1. id quod agit seu suppositum secundum axioma; actiones sunt suppositorum
2. id quo agit suppositum. Id quo agit suppositum duplex est: a) id quo actu agit: actio de qua in sequenti; b) id quo constituitur potens agere (causa efficiens in actu 1°) seu principium

agendi. Principium agendi ipsum est duplex: principium remotum quod est forma substantialis seu anima, nam forma substantialis est id quo agens est, ergo est id quo agit; et principium proximum quod est potentiae agendi, quae in creaturis transiunt de potentia ad actum ad operandum.

b) in actu secundo:- potentiae sunt ad agendum, sed sunt activae tantummodo in actu primo quia sunt in potentia ad actum secundum, ad earum actualitatem, Iste actus secundus quo agens est realiter actu agens, actu causans aliquid, aliquem effectum est ipsa^m exercitium causalitatis causae efficientis seu causa efficiens in actu secundo. Unde actio seu causa efficiens in actu secundo est id quo agens constituitur actu agens. Haec actio, utpote correspondens perfecte potentiis quae sunt in ordine accidentali est accidens et vocatur transiens quia secundum totam essentiam suam consistit in productione effectus a se distincti seu transit^o extra se producendo effectum. Unde actio vere est ab agente et propter patientem i.e. est perfectio agentis ad efficiendum effectum in passo. Revocantur breviter in memoria conditiones ad actionem habendam. Patet in primo loco quod requiritur existentia agentis, operatio supponit esse et ab eo dependet. Altera conditio ut magis infra patebit est concursus divinus ad hoc ut potentia creata transit de actu primo ad actum secundum et ad hoc ut ens creatum seu participatum sit rationem entis ut ens. Unde erit concursus quod Deus applicat creaturam ad agendum et iste concursus qui est ante actionem vocatur praevius: ^{Tota} ~~lata~~ nostra thesis adhuc explicandum modo thomistico elaboratur; deinde concursus simultaneus quo cum actione ~~per~~ creaturam Deus influit esse tum in actione ipsa tum in effectu actionis. Tandem ut ultima conditio requiritur contactus actionis cum passo quia actio indistans repugnat.

2° Quotuplex sit causa efficiens: multipliciter dari possunt divisionis causae efficientis; sequentes divisiones sufficient a)-ratione connexionis cum effectu habetur causa "per se" et causa "per accidens". Causa "per se" adest quando effectus productus correspondet activitati naturali causae n.g. medicus sanat, medicus est causa per se sanationis quia haec respondet activitati naturali medici ut medicus est. Causa "per accidens", quando effectus resultat ex circumstantia accidentali quae concomitat actionem causae sive ex parte causae sive ex parte effectus, v.g. medicus cantat, medicus est causa per accidens cantus, cantus accidit medico non ut medicus sed in virtute circumstantiae i.e. artis canendi quae se tenet ex parte causae vel si quis effodiendo agrum invenit magnum thesaurum, inventio thesauri tribuitur causae per accidens et accidit ei in virtute alicujus quae se tenet ex parte effectus.- b. ratione perfectionis seu extensionis inveniuntur 1° causa "totalis" et "partialis", 2° causa "univoca" et "analogae". Causa totalis est ea quae in suo ordine totum producit effectum, causa partialis qui producit effectum per coordinationem cum alia causa ejusdem ordinis e.g. duo equi trahentes eundem vehiculum. Causa univoca est ea quae producit effectus ejus speciei ac causae ipsae, consequenter non communicat alio subjecto in virtute dispositionis accidentalis temporis et loci, nisi formam qua gaudet ipsa sive physice sive intentionaliter. Haec causa univoca quae vocatur etiam particularis, semper dependet ab alio in exercitio suae causalitatis; aliter si produceret totaliter essentiam quam communicat, esset causa sui ipsius quia ipsa existit secundum hanc essentiam seu modum entis, quod ab omnibus admittitur ut contradictorium. Homo generando alium hominem est causa univoca. Causa analogae est ea quae producit, per activitatem naturalem/ suae formae, effectus

similes sibi sed tamen ordinis inferioris, qui essentialiter dependent ab ea; in effectu adest perfectio causae sed perfectio participata, limitata ita ut haec perfectio, causae et effectui non attribuitur univoce sed solummodo secundum aliquam proportionem seu analogice. Causae analogae capax efficiendi effectus diversi speciei vocatur universalis.- c) ratione modi agendi causa efficiens dividitur in "physicam" et "moralem". Physica est proprie unde profluit motus in ordine executionis. Morale efficiens movet tantum moraliter agendo in voluntatem ejus qui debet agere. d) divisio causae efficientis ratione subordinationis maxime interest praesenti quaestioni. Habetur causa principalis et causa instrumentalis, causa principalis prima et secunda. Haec divisio causae efficientis est magni momenti quia in thesi nostra nil agitur nisi de relationibus inter causam primam seu Deum et causam secundam seu creaturam. Debemus ^{explicare} agere quomodo causa prima concurrat cum creatura in omni sua operatione et speciatim quomodo ad operationem causae secundae requiritur ante operationem "aliquid praevii" ut causa secunda transiet de potentia -agere ad actum-agere. Etiam relationes ~~applicatio~~ inter causam instrumentalem et causam ~~principalem~~ principalem explicatae per praemotionem physicam erunt adjuncta pro nostro scopo; quia ille concursus praevius explicatur per praemotionem physicam, certe in suo loco dabitur differentia inter praemotionem ad agendum et praemotionem ad causam instrumentalem constituendam. Et hoc est quare nos aliquamdiu morabimur in notionibus causarum istarum. Causa principalis est quae agit, quae producit effectum virtute propria, causa instrumentalis quae non agit virtute propria sed mota a principali, producit effectum suum sub actione causae principalis quae ei dat realizandi, exercendo etiam activitatem suam naturalem, effectum superiorem huic activitati.

Causa principalis prima est quae non tantum agit virtute propria sed a nullo quoad actuale exercitium suae virtutis a quocumque pendet, est ipse Deus. Cum non pendet ab alio quoad actionem suam, non transit de potentia in actum, semper habet suam actionem, est actio in actu, actio per se essentiam, actio non participata, actio subsistens a qua omnis alia debet dependere. Causa principalis secunda est quae agit quidem in virtute propria sed quoad virtutis suae actuale exercitium pendet ab alio i.e. a causa prima, habet actum suum secundum suam actionem quae est exercitium suae causalitatis non nisi in virtute causae primae seu tanquam participatum a causa prima. Consequenter influxus causalis causae secundae est dependenter a Deo. Et causa secunda causat efficienter transeundo de potentia in actum seu recipiendo actionem et effectum seu terminum ejus a causa prima. Quomodo Deus haec facit, i.e. quid dat causae secundae ut transiat de potentia in actum, hoc est scopus thesisi:—Explicare concursum causae primae ad exercitium causalitatis causae secundae per praemotionem physicam. Ahae notiones quae illuminabunt nostram quaestionem sunt notiones de constitutivo formali instrumenti. Ut supra dicitur omne instrumentum producit effectum altiore se; quaestio movetur quomodo instrumentum physicum, (id unde profluit motus realis) constituitur capax producendi hunc effectum altiore seu quomodo instrumentum constituitur in actu primo (proximo) et potens ad effectum suum instrumentalem. Fama celebres sunt sententiae ad hanc quaestionem pertinentes, sententia Scoti, Suarezii et Sancti Thomae; in hoc omnes conveniunt quoad instrumentum revera attingit effectum causae principalis contra Mastrium et Fonseca.

Ad sententiam Scoti:— sic eam referat P. Gredt: "aliqui Scotistae instrumentum explicant per assistentiam extrinsecam seu ex contactu in-

timo instrumenti cum causa principali cui naturaliter subicitur instrumentum. Quare dicunt hoc ipso, quod causa principalis operatur; instrumentum quod conjungitur et subicitur ei, quasi per quandam sympathiam determinari ad agendum secundum motionem causae principalis et exsequendum effectum ejus." Etenim pro Scoto, instrumentum ut instrumentum nullo modo agit virtute propria secus esset causa principalis. Unde si nihil in instrumento agit quando instrumentum instrumentaliter agat, sufficit ista subordinatio et assistentia extrinseca causae principalis pro constitutivo formali instrumenti in actu primo. Et cum instrumentum non agit virtute propria sed per virtutem causae principalis sibi intime conjunctam, nihil recipitur in instrumento ut volunt Thomistae, sufficit ista conjunctio intima sed extrinseca. Contra haec omnia, respondendum dicendo quod:- illa assistentia extrinseca nihil ponit in instrumento et ad hoc ^{est} instrumentum producat effectum altiore se, ejus virtus causalis debet elevari immutari quod fit recipiendo aliquid, in casu praemotionem physicam. Etenim effectus debet exire ex virtute causae. Si nihil recipit instrumentum non est constitutus in actu primo ad effectum altiore.

Ad sententiam Suarezii: contra Scotum, Suarezius docet instrumentum formaliter in actu primo constitui potentem efficiendi effectum altiore per aliquid intrinsecum i.e. per aliquam potentiam oboedientialem activam quo agens instrumentale, subditum causae superiori participat ejus virtutem causalem et per hoc proportionatur effectui obtinendo. Haec potentia a Suarezio admissa non est aliquid superadditum sed ipsa entitas prout subicitur et oboedit principali agenti. Sed contra; haec potentia est congenita ipsi instrumento, ex naturalibus ei convenit, ex hoc aliquid convenit naturae ad faciendum aliquid supra naturam quod repugnat: instrumentum, de se, non est

proportionatum. Ergo rejicienda est solutio Suarezii et nihil restat quam opinio thomistarum ut rite recte explicans relationes causae principalis et instrumenti.

Thomistica opinio: pro schola Thomistica, "instrumentum in actu primo constituitur et proportionatur effectui instrumentali per praemotionem physicam qua intrinsece elevatur et perficitur entitate viali in se recepta. (ita P. Grätz). Est enim impulsus, influxus, motio seu participatio imperfecta virtutis et actionis agentis principalis qua aliquid i.e. instrumentum constituitur potens et agens circa effectum superiorem. Est aliquid creatum receptum in instrumenta ad hoc ut sit virtuosior. Haec entitas quae datur per modum motus est qualitas et reducitur ad complementum virtutis operandi et per eam inchoatur etiam actus secundus. Vocatur praemotio, quia est motio praevia actioni et ^{effectui} ~~effectui~~. - certe instrumentum est formaliter instrumentum quando actu agit. Tamen recte concipitur quod ista motio qua instrumentum constituitur agens, prius recipitur (unde prae motio) in eo ut constituatur potens agere i.e. in actu primo et deinde agens in actu secundo, producens actionem et consequenter ipsum effectum. Sed cave ne concipies istam praemotionem receptam in instrumento prius tempore effectui, est tantum prius natura et causalitatis. In eodem instanti per istam motionem instrumentum constituitur simul potens et agens de facto. Vocatur praemotio physica est id unde profluit motus in ordine reali, est aliquid reale. Est entitas vialis et transiens i.e. recepta in instrumento et ducens ad effectum, non habens esse fixum et ratum. Est ens fluens, inest nisi sub actuali influxu causae principalis. Et hoc est quare ista motio est proportionata non tantum subjecto in qua recepta est quam effectui producendo. Est propter effectum et non

est accidens inhaerens permanentemente subjecto. Hoc explicat cur virtus spiritualis instrumentaria potest recipi in instrumento sensibili ut in sacramentis. Totum scopum istius motionis est movere, elevare, applicare instrumentum ad actionem et si requiratur quid sit essenziale istius motionis: est dari per modum motus transeuntis seu per modum applicationis actus primi ad actum secundum. Ita ut essenziale instrumenti est movere ut motum, ly "ut motum" significans causam praecisam motionis aliter ac in causa principali quae movet etiam ut motum, ly "ut motum" significans tantum conditionem sine qua non, ut patebit postea. Ex his dictis apparet quod instrumentum habet duplicem actionem; una instrumentalis secundum quam operatur non virtute propria sed in virtute motionis principalis agentis, altera, propria per quam agit secundam formam propriam. Sed haec actio propria non exercetur nisi ut subordinata motioni causae principalis. Cui assimilatur effectus causae instrumentalis? Distinguendum est: causa instrumentalis producit duplicem effectum 1° effectum, formaliter ut instrumentum 2° effectum proprium secundum suam naturam. Primus effectus assimilatur formae causae principalis, secundus naturae seu formae instrumenti (ut talis). Ad habendum ergo actionem instrumentalem propriam et completam requiritur 1° quod instrumentum producat effectum non per solam virtutem suam excludentem actionem causae principalis, sed per motionem agentis principalis cuius virtus transit per instrumentum, 2° quod virtus propria instrumenti, sub actioni causae principalis, sit associata ad effectum productum et hoc est pro instrumento operari aliquid ~~dispositive~~ sive agendo in subjecto in quo recipitur sive modificando materialiter actionem causae principalis. Sicut v.g. pictura qua pictor decoravit tabulam suam est similitudo, reproductio et expressio non formae penicilli

sed exemplaris quod intellectus artificis possidebat. Et in hac productione, non invenitur una linea quae non sit simul opus penicilli et opus artificis. Artifex vivit tabulam pictam, hoc est opus suum. Et expressio quam in pictura vidimus est terminus istius duplicis mysteriosae compositae actionis causae principalis et causae instrumentalis.

Nunc aggrediamur ad explicationem praecisam concursus et omnium quae circumstant notiones et sententiae.

B- CONCURSUS SEU DE RELATIONIBUS CAUSALITATIS EFFICIENTIS DEI ET CREATURAE:-

Praenota:-

1° Problema relationum Dei et creaturae quoad operationem:-

Philosophi omnes unanimiter consentiunt quod causae secundae indigent ad operandum influxu causae Primae. Hanc veritatem et ipsi philosophi gentiles melioris notae agnoverunt apud quos ut principia per se nota habebantur haec axiomata: Secunda moventia non movere nisi mota a primo; ~~Causas~~ secundas non agere nisi in virtute primae. Unde certe adsunt relationes inter Deum et causam secundam. Ecce quomodo oriuntur: Deus est causa efficiens prima et sola: est ens a se, ens per essentiam ergo omnes participationes limitatae TOU "esse" ab Ipso dependent: quod est per participationem dependet ab eo quod est per se. Et quidem dicimus "causam effecientem" et non causam formalem, quia Deus utpote actus Purus nullomodo potest esse forma actuans res, hoc implicat imperfectionem. Creaturae ex alia parte sunt etiam verae causae efficientes ut experientia sive interna sive externa et ratio docent contra Occasionalistas pro quibus Deus solus agit et creaturae occasiones Dei quarum intuitu Deus omnia operaretur. Certe tamen quod creaturae sunt causae principales

quia agunt virtute propria, secundum virtutem suae formae, sed principales secundae: ad hoc ut sit aliqua causa, prima debet esse ens a se ut supra dicimus et Soli Deo hoc attribuitur. Unde restat ut creatura sit vera causa efficiens principalis secunda.

Si res ita se habent et vere ita sunt, res, initio in principio debuerunt oriri a Deo per creationem, recipiendo esse ab ipsa inexhausta Fonte essentiae. Post acceptionem tou "esse", ens creatum non perdurat in actu existentiae suis viribus; aliter ipsum fieret ens a se, habens existentiam vi sui quod est contra suam naturam in entis ab alio. Unde ens originatum a Deo per creationem debet perdurare in esse dependenter a Deo et Ipse fungit hoc officio per conservationem.

Magisvero, agere sequitur esse, dependentia in esse conclamat dependentiam in agere. Res agunt et producunt alias res; hoc fit totaliter dependenter a Deo. In qua consistit haec dependentia et quomodo explicatur haec dependentia. Ad hoc recte solvendum, pro philosopho beneinformato, duo problemae exurgunt: Primum:-creatura est in potentia ad suam operationem; si est in potentia ad esse, a fortiori requiritur potentia ad agendum quamquam creatura habet realiter potentiam agendi i.e. est in actu primo agendi. (Et nota bene hic quod etiam Voluntas libera est in potentia ad agendum; consequenter quidquid dicitur ad solvendum problema, valet etiam pro ea). Tunc in hoc ordine, creatura transitne de "potentia-agere" ad "actum-agere" de actu primo ad actum secundum per seipsam an a Deo? Secundum:- Novum ens productum, seu actio et effectus quod oritur dependenter ab actione, produciturne independenter a Deo an non? Et si produciatur etiam a Deo quomodo fit?.

Responsa ad has quaestiones est in doctrina de concurren-
salitatis Dei cum operatione creaturarum. Omnes conveniunt quod etiam

actio et effectus actionis producuntur etiam totaliter a Deo quamvis sint producti a creatura, sub diverso aspectu certe; et haec cooperatio Dei cum creatura vocatur concursum simultaneum. De transitu creaturae ab actu primo operandi ad actum secundum agitur celebris doctrina de concursum praevio, in quo non omnes doctores consentiunt, e contra acriter discerpent. Post notiones generales de concursum agrediamur ad explicandum utrumque concursum breviter tamen de concursum simultaneo, et longe cum gratia Dei de concursum praevio cum thesis nostra eum versatur.

2° Notio concursus:- a) quid: Haec vox "concursum" etymologica significat conjunctionem vel simultatem duorum vel plurium, in quolibet ordine. In ordine operationis, hoc vocabulum sumitur proprie pro cooperatione duarum causarum partialium ejusdem ordinis unitarum ad eundem effectum producendum. Tamen in terminologia technica totius scholae scholasticae, assumitur ad significandam habitudinem causae primae ad causam secundam. Quidquid fit Deus relate ad creaturas in ordine earum actionis vocatur concursum Dei cum creatura. b) quotuplex: ut supra insinuat distinguntur duplex concursum simultaneum et praevium. Ille est concursum quem praebet Deus ad efficiendum, cum creaturis, earum actionem et terminum ejus. Hic datur pro transitu causae secundae de potentia-agere ad actum-agere. De his duobus concursibus nunc fiet sermo.

I. Concursum simultaneum: 1° Quid:-Omne ens creatum et limitatum producitur immediate a Deo. Nulla exceptio invenitur, aliter adesset aliquod ens creatum quod ut creatum esset essentialiter dependens, et tamen non esset dependens si non produceretur a Deo. Unde actio exiens a causa secunda ut sua causalitas et terminus actionis seu effectus, quia sunt entia creata producuntur a Deo.

Tamen haec productione non tollitur causalitas seu operatio creaturarum; et sic actio et terminus ejus ut tales sunt a causa secunda et ut entia sunt a Deo et ita sunt simul effectus Dei et creaturarum: haec est breviter doctrina de concursu simultaneo. Ex his dictis sequitur quod actio Dei qua Ipse Motor Immobile participat per suam causalitatem efficientem, creaturae entitatem actionis et termini ejus vocatur conkursus simultaneus ex parte Dei. Konkursus simultaneus igitur est ipsa Substantia divina, (in Deo substantia, potentia divina et actio divina sunt realiter idem) quae efficienter producit actionem creatam ejusque effectus. Et certe in hac productione non tollitur earum natura neque causalitas ipsae causae secundae. Per hunc concursum seu per divinam suam actionem Deus producit actionem ut exientem et dependentem a causa secunda, quamvis Deus illam producit sub respectu ejus entitatis. Et contra, sine illo concursu, non producerentur actio et terminus ejus; exinde causa secunda non haberet ea ab ipsa dependentia. Unde Deus, concursu simultaneo, facit ut causa secunda habeat suam causalitatem, haec habetur per actionem accidens quo agens est actu causans, ita ut eadem res simul dependent tum a Deo tum a creatura, alia et alia tamen formalitate.

Ex parte creaturae, quid sit konkursus simultaneus? Nihil aliud nisi ipsa actio et effectus ejus prout participata, in quantum ens, a Deo. Sunt effectus causalitatis divinae.

2° ratio ponendi: Pro Durando, nil aliud facit Deus ad concurrendum cum creatura nisi conferre virtutem agendi et conservare eam in esse. Certe pro Sancto Thoma hoc non sufficit. Scripsit in De Pot. q. III, art. VIII circa finem corporis articuli: "Sic ergo Deus est causa actionis cujuslibet in quantum dat virtutem agendi

et in quantum conservat eam et in quantum applicat actioni et in quantum ejus virtute omnis alia virtus agit." Et quae est ratio cur admittendum concursusm simultaneum ut supra explicatum. Actio et effectus ejus sunt entia, entia creata et limitata; participant ad rationem entis. Magisvero quodlibet ens creatum sub illo respectu entitatis, sub ratione entis dependet a solo Deo. Deus, omnibus aliis exclusis, est causa entitatis seu esse quia est ens a se. Si creatura produceret ens sub ratione entis esset causa suiipsius cum sit ens et hoc repugnat. Haec est ratio fundamentalis et valde sufficiens. Non debemus dicere pro objectione quod si actio producit a causa naturali non potest produci a Deo. Deus et creatura utrumque agunt in casu et notetur quod causa secunda agit in virtute agentis primi. Tunc, ens in virtute cujus aliud agit est magis causa actionis quam illud agens. Sic causa principalis magis agit quam causa instrumentalis. Ergo Deus, causa prima in virtute cujus agit causa secunda est magis causa actionis creatae quam ipsae causae secundae. Ergo "sicut non est inconveniens quod una actio producatur ex aliquo agente et ejus virtute ita non est inconveniens quod producatur idem effectus ab inferiori agente et a Deo, ab utroque immediate, licet alio et alio modo". C.G. III, ch.70.

Non potest etiam opponi quod si Deus solus potest actionem efficere, causalitas causae secundae est superflua. Certe Deus per se solum potest omnia efficere. Si adhibet causas secundas ad aliquid producendum "non est ex insufficientia divinae virtutis sed ex immensitate bonitatis ipsius, per quam suam similitudinem rebus communicare voluit, non solum quantum ad hoc quod essent, sed etiam quantum ad hoc quod aliorum causae essent" (C.G.III,70). Et tandem nihil repugnat quod idem effectus sit totus a Deo et totus a creatura sicut supra demonstratur dicendo quod idem effectus totus attribui-

tur instrumento, et principali agenti etiam totus.

Causalitas ergo divina sese exercet non solum supra "ens" ad creandum eumque conservandum sed etiam supra "agere" creaturarum per concursum divinum. Esset etenim contradictorium quod creaturae quae dependent a Deo in esse non dependerent in agere quod est effusio entitatis. Deus, igitur, ut causa principalis prima debet producere entitatem effectuum productorum a creaturis quae determinant entitatem ut talem.

Haec sufficiant de concursu simultaneo; nunc aggrediamur ad ~~famosum~~ concursum praevium quod secundum dicta Thomistarum est omnino necessarium ad causam secundam ut transeat de potentia agendi ad actum agendi. Sic erit nostra methodus in tractatione de concursu praevio. Audiantur diversae opiniones, quid dicant Thomistae circa eum, quid Molinistae et alii et in thesi stabilietur doctrina thomistica ut magis rationalis.

II- Concursus praevius:-

Introducitur seu Essentialis Doctrinae:-
 A. Thomistae:- Nunc scimus quid intelligendum est per concursum simultaneum. Est ipsamet actio Dei seu causalitas divina producens cum creatura eundem effectum, in casu ipsam actionem creaturae ejusque effectus, sed producens ea sub ratione entitatis i.e. in quantum sunt entia. Cum in creatura-agente, deest perfectio seu adaequatio virtutis cum motu producendo i.e. actione producenda sub aspectu entis (ex eo quod nulla causa creata est causa entis ut talis), causa secunda indiget sociari et adjuvari quod fit per concursus simultaneum. Sic, Deus totaliter effecit creaturae actionem ejusque terminum sub ratione entis, et etiam creatura ea totaliter causat sub ratione talis entis.

Sed iste influxus simultaneus, pro Thomistis, non reddit to-

talem explicationem relationum Dei.—Motoris circa agens creatum movendum. Agens creatum, agendo, transit de potentia ad actum. Cum sit in potentia ad esse, est in potentia ad agere, Quomodo transit de potentia-agere ad actum-agere. Non per seipsum, nemo sibi dat quod non habet. Non potest sibi dare suam actionem suam agere quum sit in potentia ad eum. Unde debet recipere suum agere ab ente in actu, ab agente in actu secundum axioma bene notum: "quod est in potentia non reducitur in actum nisi per ens actu". (I, q.3, a.1).

Ad hunc finem, Thomistae habent omnino pro necessario, motionem praeviam Dei in ipsam causam secundam ut transeat de potentia ad actum secundum, influxum in causa secunda, quod supponens potentiam agendi recipitur ante actionem et facit ut causa secunda actu agat seu eliciat suam actionem. Sic ista motio applicat causam secundam ad actum suum secundum, conjungit eam cum eo ita ut per eam motionem, vere causa secunda habet suam actionem a se dependentem. Ille influxus quo Deus dicitur applicare agens creatum ad suam actionem vocatur concursum praevius et necessitas ejus ad quamcumque actionem creaturae vindicatur in thesi. Vocatur etiam praemotio physica, applicans et praedeterminans creaturam ad actum secundum eligendum. Sequentibus lineis datur fusior explicatio istius concursus scandali adversariorum nostrorum.

I° PRAEMOTIO seu MOTIO:- Immediate, nota particularitatem circa ipsum nomen "praemotio"; est per se tautologicum. Sanctus Thomas nunquam hoc vocabulo utitur sed dicit: influxum Dei, actionem, motionem. Pro Divo Doctore, in notione motionis includitur prioritas: "motio motoris praecedit motionem mobilis ratione et causalitate". C.G.III, c.149. Et sic ad suam mentem, motio est praemotio et non utebatur isto posteriore verbo. Sed, decursu temporis, Molinistae

perverterunt rectam notionem motionis; pro ipsis, motio significat tantum concursum simultaneum concursum^m effecientiae exalusa motione ut transeat causa secunda de potentia ad actum vel etiam pro concursu significante educationem de potentia ad actum sed indifferente et adstante praeparato ad actionem si creatura velit habere illum. Unde ad distinguendum motionem ad mentem S. Thomae, quae est educatio efficax de potentia-agere ad actum-agere et motionem sensu molinistico, utimur verbo "praemotio", et per hoc, tautologia istius nominis omnino permissa est. Nunc quae est ista motio seu praemotio.

Motio dupliciter sumi potest, activo passivoque sensu. Movere seu motio active sumpta, facere motum est educere aliquid de potentia in actum et si motus producit in ordine operationis, movere nihil aliud dicit quam facere ut agens in potentia de facto agat et producat suam actionem. Ex altera parte, moveri seu motio passive sumpta est educi de potentia in actum, educi de potentia agendi in actum agendi, fieri ut agens in potentia de facto agat. Si, exempli gratia, sumimus voluntatem liberam motam a Deo, dicemus: Deus movet voluntatem seu movere voluntatem idem esse ac Deum educere voluntatem de potentia volendi in actum volendi, facere ut voluntas potens volendi, actu velit et libere quidem secundum suam naturam; et voluntatem moveri est voluntatem ^{educi} ~~educi~~ de potentia in actum volendi.

Ex his deducitur definitio motionis 1° ex parte causae primae seu Dei; est actio divina seu imperium divinum (actus proprius divinae potentiae) quo Deus movet causam secundam, etiam voluntatem liberam, ante actionem ad determinatam actionem eliciendam; vel etiam est actio divina quae causam secundam de potentia agendi reducit in actum agit et si ista definitio applicatur voluntati: actio divina quae voluntatem liberam de potentia volendi in actum libere volendi,

et quidem ut recte docet S. Thomas, volendi hoc quod Deus vult eam velle. 2° ex parte causae secundae seu passive, motio definitur motio divina per quam causa secunda, etiam voluntas libera, de potentia agendi reducitur in actum agendi. Per hanc motionem, causa constituitur in actum agendi; ita ut causa secunda sic mota elicit suam operationem. Et nunc apparet quod "actus volendi" in definitione non est operatio seu velle voluntatis, sed aliquid creatum in causa secunda quo constituitur in actu primo proximo. Ex causa secunda mota, exit operatio.

Consequenter, in hoc influxu Dei super causam secundam debemus distinguere 1° motionem-actionem, movere procedens a motore, 2° motionem-passionem quae est actio recepta in causa secunda et 3° operatio quae resultat ex causa mota. Et recte haec distinctio consonat doctrinae S. Thomae. Audiatur ille divus Doctor: "Operatio agentis quaedam est ut transiens in effectum, et haec proprie actio vel passio dicitur; et tali actioni semper respondet e converso passio: unde invenitur calefactio-actio et calefactio-passio, et similiter creatio actio et creatio passio. Quaedam operatio est, quae non significatur ut procedens ad aliquem effectum, sed magis quod est aliquid in ipso. Et si quidem haec recipiatur in ipso, illa receptio dicitur passio, et actio consequens conjunctum ex recepto et recipiente dicitur operatio." Ex hoc patet quod motio divina seu movere aliquid ponit in causa secunda, "motionem-passionem" et quod causa secunda sic reducta in actum per "motionem-passionem" operatur in virtute istius motionis. Sic pro Thomistis, causa secunda, et etiam voluntas libera, non operatur nisi praeaccipiat istam motionem-passionem, aliis verbis, causa secunda seu res mota non movet nisi praemoveatur, v.g. lignum non calefacit nisi praecalefiatur. Unde ista motio-passio nil aliud est quam praemotio de quo nunc est sermo.

Cave tamen ut non confundatur cum actu secundo seu operatione.

Si vis audire magis de natura istius entitatis quae ponitur in causa secunda per motionem divinam, attende ad quod dicit S. Thomas in De Pot. q. III, a. 7 ad 7.: Virtus naturalis, quae est rebus naturalibus in sua institutione collata, inest eis ut quaedam forma habens esse ratum et firmam in natura. Sed id, quod a Deo fit in re naturali quo actualiter agat, est ut intentio sola habens esse quoddam incompletum, per modum quo colores sunt in aere, et virtus artis in instrumento artificis. Sicut ergo securi per artem dari potuit acumen ut esset forma in ea permanens, non autem dari ei potuit quod vis artis esset in ea quasi quaedam forma permanet nisi haberet intellectum; ita rei naturali potuit conferri virtus propria ut forma in ipsa permanens, non autem vis qua agit ad esse ut instrumentum primae causae; nisi daretur ei quod esset universale essendi principium; nec iterum virtuti naturali conferri potuit ut moveret seipsam, nec ut conservaret se in esse. Unde sicut patet quod instrumento artificis conferri non potuit quod operaretur absque motu artis: ita rei naturali conferri non potuit quod operaretur absque divina operatione".

Ex hoc textu patent et necessitas motionis divinae et natura ejus ex parte causae secundae. Motio igitur est entitas creata recepta in agente-secundo seu in potentia agendi (quae est principium proximum operandi) quae haec hic et nunc determinatur ad actionem elicendam. Vocatur motio intentionalis non in eo sensu quod esset aliquid subjectivum, aliquid rationis ut relatio rationis sed in eo sensu quod intendit actionem, tendit ad educationem de potentia-agendi ad actum agendi. Est etiam motio transiens, entitas vialis et sic non habens esse permanens, esse ratum et fixum in causa secunda sed solum-

modo inest pro tempore quo durat eductionem et perdurat usque ad actum secundum. Cum ista motio sit in ordine ad operationem, est participatio divinae potentiae seu actualitatis divinae et per hoc reducit ad secundam speciem qualitatis i.e. ad potentiam operativam cuius est complementum. Ita ut ait P. Gredt, praemotio, reductive est qualitas, et formaliter entitas vialis seu motus quidam: "actus moventis in moto est motus" I, II, q. 110, a. 2.

Nunc debemus explicare quomodo ista motio divina vere est praemotio, seu praevia:— Imprimis excludenda est prioritas temporis in motione divina qua Deus influit in causam secundam. Non habetur "movere" nisi adest "moveri". Movere non est prius moveri. Cum illa duo vocabula sint correlativa, sunt simul tempore, quia "idem est actus moventis et moti" ut ait Aristoteles. Unde non potes concipere unum instans temporis in quo prius "movere" esset sine moveri, et immediate post, in sequenti instanti, inceptio "to moveri" seu instans posterius in quo subjectum motum moveatur. "Movens enim dicitur in quantum aliquid agit, motum in quantum patitur; sed idem est quod movens agendo causat et quod motum patiando recipit. Quare oportet unum actum esse utriusque, moventis et moti; idem est quod est a movente ut a causa agente et quod est in moto ut in patiente et recipiente". III Ph. Lect. IV no 10. Unde clare excluditur prioritas temporis et consequenter nullo modo potest inveniri motionem Dei circa voluntatem ante voluntatem motam.

Tamen alii textus sunt in quo docetur distinctio motionis moventis et motus mobilis et consequenter ubi adesse potest prioritas non quidem temporis, sed naturae et causalitatis. Ea sunt: "Licet motus sit communis actus moventis et moti, tamen alia operatio est facere motum et recipere motum" II C.G. c. 57 (Nota quod ex hoc, Sanctus Doctor deducit necessitatem duorum praedicamentorum, "facere" et

"pati"). "quaedam operatio est rei, ut aliud moventis sicut calefacere et secare; quaedam vero est operatio rei, ut ab alio motae, sicut calefieri et secari" III C.G.c.22. Hic differentia secundum rationem: "nam motus secundum quod procedit a movente in mobile est actus moventis, secundum autem quod est in mobili a movente est actus mobilis. Referendo ad quod supra distinguimus, i.e. ad motionem-actionem, et motionem-passionem quae constituit praemotionem ex parte causae secundae, dicimus quod actus moventis est motio-actio, actus mobilis seu recipere motum est motio-passio. Nulla est quaestio in his textibus de operatione quae exit de subjecto moto seu de causa secunda actuata per motionem-passionem. Quid resultat ex hoc nisi quod actio moventis intelligi necessario debet ut prior motione-passione seu recipere motionem illam. (Nota immediate quod actio moventis sic intellecta debet esse prior etiam quam actio seu actus secundus productus active a causa secunda mota ex motione-actione moventis). Tunc facile intelligantur verba S.Thomae dicentis: "motio autem moventis praecedit motum mobilis ratione et causa". III C.G. III. c.149. Nullus adest locus pro prioritatem temporis. Sed pro prioritatem 1° rationis: "prius enim intelligimus motum ab agente et movente procedere quam recipiatur in mobili. Concipere ratione unum prius altero est admittere prioritatem secundum rationem. Unde secundum doctrinam S.Thomae nulla est difficultas admittendi prioritatem rationis pro motione Dei. 2° causalitatis: haec prioritas intelligenda est non in eo sensu quod motio-actio sit vera causa efficiens motionis-passionis, sunt unum et idem, sed in eo sensu quod motio-passio est conditio agentis et altera conditio patientis et sic causa agens est prior causa patiente. Ut supra notavimus, certe adest prioritas inter praemotionem

in causa secunda seu inter causam secundam motam et operationem ex
 ea existente seu actum secundum et haec prioritas est naturae. Priori-
 tas naturae est coexistentia duarum rerum, ita tamen ut una esse ac-
 cipiatur ab altera. Haec definitio recte realizatur in praesenti. Causa
 secunda mota seu reducta in actu et operatio seu actus secundus co-
 existunt. i. e. sunt simul tempore. i. e. non adest instans in quo exis-
 tit causa secunda mota seu sub praemotions sine operatione et aliud
 instans temporis sequens in quo oritur operatio: sunt simul tempore.
 Tamen unum accipiat esse ab altero: operatio realiter dependet in es-
 se ab causa secunda mota. Causa secunda in actu est vere causa suae
 operationis. Unde inter causam secundam motam et operationem ejus
 non intercedit nisi prius et posterius secundum naturam. Ecce quomo-
 do motio Dei vocatur praemotio seu praevia.

III. PRAEMOTIO PHYSICA:—hoc ponitur ad excludendum motionem mora-
 lem. Motio moralis est propositio objecti invitantis ad agendum; ni-
 hil reale ponit in causa movenda. Metaphorice tantum movet, allicien-
 do, illuminando spiritum, orando, minando, jubendo, consulendo. Reve-
 ra nihil facit ad applicationem ad operationem. Semel facto exerci-
 tio motionis moralis, tota determinatio pro actione vel non actione
 remanet in potestate causae sic sollicitae. Ut enim solae creaturae
 praeditae cognitione subeunt ista motionem morali. Unde pro effecti-
 one infallibili de potentia agere ad actum agere non possumus recur-
 rere ad istam motionem cum non sit intrinsece movens et applicans
 ad actionem. Pro contra, praemotio est influxus reale, ponens aliquid
reale et physicum quae causa secunda movetur et applicatur, non so-
lummodo objective et moraliter, sollicitatione et persuasione, sed
physice et active, inclinatione interiori reducendo in actum; ex qua
notissime realiter oritur motus ad actum secundum eliciendum. Et haec
quantum concernit virtutem naturam hanc de parte solae praemotio:

motio physica erit infa llibilis pro educatione de potentia ad actum. Magisvero fateri oportet Deum posse operari in creaturis, saltem liberis, motione morali, quae quidem consistit ut supra dicitur vel in externa allicientia alicujus objecti boni, vel in illustratione interna ex parte intellectus vel in inspiratione ex parte voluntatis, quibus res creata invitatur ad agendum. Sed nota quod hic modus movendi nihil speciale Deo vindicat, cum et homini et angelis sive bonis sive malis, competit allicere vel suadere ad agendum et insuper (et hoc est principale motiones morales vim non habent sufficientem ad haec quod facultates creatae quae nihil reale ab eis recipiunt, vi illarum transeant de potentia ad actum. Aliter est pro motione physica. Certe admittitur quod voluntas humana, facultas suprema in homine in ordine efficientiae, habet potestatem praemovendi physica, intrinsece entitate viali facultates inferiores se. Sed si agitur de voluntate humana libera ipsa, solus Deus potest praemovere physice, inclinando eam ad suam actionem, liberam certe. Haec sunt expressa principia S. Thomae in C.G. III, c. 88: "Nulla substantia creata potest agere in voluntatem vel esse causa electionis nostrae nisi per modum suadentis." Solus Deus potest movere voluntatem per modum agentis. Ipse igitur solus voluntatem nostram in aliquid inclinare potest. A solo igitur Deo potest motus voluntatis causari. Solus Deus potest movere voluntatem per modum agentis absque violentia."

III° Praemotio Applicans: Si nunc quaeritur ad quid ponitur praemotio, haec est responsio cum S. Thoma in De Pot. q. III, a. 7, ubi docetur quomodo Deus operatur in operatione naturae. Enumerat ibi S. Doctor diversos modos pro Deo operandi, quarum primus est in quantum Deus creando dat seu tribuit virtutem operandi, secundus in quantum conservat virtutem naturalem in esse. Deinde prosequitur:

"Sed quia nulla res per se ipsam movet vel agit nisi sit movens non motum, tertio modo dicitur una res esse causa actionis alterius in quantum movet eam ad agendum; in quo non intelligitur collatio seu conservatio virtutis activae sed applicatio virtutis ad actionem; sicut homo est causa incisionis cultelli ex hoc ipso quod applicat semen cultelli ad incidendum movendo ipsum ... sequitur de necessitate quod Deus sit causa actionis cujuslibet rei naturalis ut movens et applicans virtutem ad agendum". Unde praemotio, ex his verbis, applicat causam secundam ad actionem suam, ad operationem seu actum secundum. Causa secunda, ut dicitur, est in potentia ad actum; per motionem Dei reducitur ad actum et ita applicatur ad actionem suam ita determinatur ad eliciendam hic et nunc determinatam actionem. Et per hoc quod praemotio datur per modum applicationis ad actum secundum explicatur quod praemotio est transeunter data et quod est ens vialis, est via ad actum secundum. Differt, magis vero praemotio a vi instrumentaria qua instrumentum physicum constituitur formaliter instrumentum. Praemotio, supponens actum primum seu potentiam agendi, applicat tantum ad actionem seu actum secundum. Vis instrumentaria dat et virtutem agendi seu actum primum et etiam applicationem ad actum secundum ita ut per eam instrumentum constituitur potens et agens effectum altiorem se. Unde causa secunda movet ut mota sed ly "ut mota" dicit conditionem sine qua non agendi; instrumentum movet etiam ut motum sed hic "ut motum" dicit causam praecisam motionis, est id quo formaliter instrumentum. Haec praemotio requisita pro causa secunda certe non aufert causalitatem propriam creaturae contra per hanc, causa secunda constituitur causa principalis secunda de facto et de facto ratione contracta et licet talis ratio. Et ut magis quidem causa secunda omnis ratione ad effectum suo contentam, non excepta ipsa

agens.

Nota etiam quod ista praemotio qua actu agit creatura est etiam vis instrumentaria ad "esse" actionis et effectus ejus. Ista affirmatio recte deducitur ex dictis S. Thomae in De Pot. q. III, art. 7 ad 7: "Sicut securi per artem dari potuit acumen, ut esset forma in ea permanens, non autem dari ei potuit quod vis artis esset in ea quasi quaedam forma permanens, nisi haberet intellectum; ita rei naturali potuit conferri virtus propria, ut forma in ipsa permanens non autem vis qua agit ad esse ut instrumentum primae causae nisi daretur ei quod esset universale essendi principium." Duo affirmantur in hoc textu: primo quod causa secunda est instrumentum causae primae in actione "ad esse"; secundo ratio cur ita est; quia esse est effectus proprius Dei principii universalis essendi et nulla creatura attingat esse etiam inquantum tale nisi ut instrumentum causae primae seu Dei; aliter causa secunda deberet esse "universale essendi principium" ut ait S. Thomas.

Ex his omnibus dicimus quod per praemotionem causa secunda seu creatura-agens constituitur actu agens principale secundum actionis et effectus ejus quantum ad essentiam istius actionis et etiam constituitur instrumentum Dei respectu "esse" actionis quod attingat causa secunda sub ratione talis esse. Sic igitur causa secunda est causa principalis secunda essentiae actionis ejusque effectus, et causa instrumentalis existentiae ejusdem actionis. Actiones sunt seu ponuntur ratione praemotiones sed sunt tales ratione virtutis propriae agentis creati: "Ergo tota entitas actionis causae secundae et ejus effectus, ait P. Gredt n. 837 est tota a causa prima et tota a causa secunda, sub alia tamen et alia ratione: a causa prima est ratione contracta et limitata talis entis. Et attingit quidem causa secunda omnes rationes in effectu suo contentas, non excepta ipsa

ratione entis sed sub limitata ratione taleitatis." Haec omnia sunt quae intelliguntur per praemotionem applicantem agens ad suam adequatam actionem.

IV° PPRAEMOTIO DETERMINANS:- Imprimis debemus notare quod in receptione praemotionis i.e. qualitatis vialis et transeuntis nihil operatur facultas seu potentia, sed mere passive se habet secundum D.Doctorem: "in operatione qua Deus operatur movendo naturam non operatur natura" De Pot. q.III art.7 ad 3. Et ratio quidem est quod natura seu causa secunda est in potentia ad istam motionem, passive se habet erga eam. Magis vero ista praemotio recipitur in causa mota secundum naturam ejus i.e. praemotio recepta modificatur secundum naturam ejus in quo recipitur. "Motus primi moventis non recipitur uniformiter in omnibus mobilibus sed in unoquoque secundum proprium modum". De Malo q.IIIa art. 2. Haec affirmatio Sancti Doctoris, maximi momenti est pro nostra quaestione. Sub attingentia praemotionis non excludimus ipsam voluntatem humanam liberam. Et contra pro nobis Thomistis adest specialis exigentia praemotionis quantum ad voluntatem quia est magis in potentia quam aliae causae non liberae indigenter praemotionis. Sed voluntas est libera, vult habere actum non coactum, actum supra quem habet indifferentiam activam plenam, unde actio debet esse libera, a voluntate ut a principio intrinseco eliciente eam. Et hoc est quare praemotio recepta in voluntate modificatur secundum naturam ipsam voluntatis et actio egrediente de voluntate mota seu praemota erit actio libera. Praemotio facit ut voluntas se libere movet. Nil opponitur ad hoc quod aliquid se movet motum ab alio: "cum aliquid movet se ipsum, non excluditur quin ab alio moveatur, a quo habet hoc ipsum quod se ipsum

movet et sic non repugnat libertati quod Deus est causa actus libe-
ri arbitrii. Unde Deus praemovendo potentiam voluntatis ad actionem,
 facit ut velimus et faciamus libere, et etiam per suum concursum si-
 multaneum quod est continuatio praemotionis, coefficet actionem nos-
 tram cum volumus et facimus.

Si ponitur, et recte quidem, quod sub praemotione et in virtu-
 te praemotionis voluntas agit libere seu libere movet se ipsum, non
 sequitur quod voluntas manet in potentia ad electionem suam, hoc ni-
 hil deserviret pro reductione de potentia ad actum et praemotio ~~ip~~
 divina esset motio indifferens. E contra, per praemotionem et in vir-
 tute praemotionis, Voluntas humana (valet etiam pro quacunque causa)
 applicatur ad eliciendam libere talem actionem determinatam. Hoc est
 affirmare quod praemotio non est indifferens sed determinata ad hic
~~ip~~ et nunc determinatam actionem eliciendam seu ponendam. Praemo-
 tio reducit de potentia ad actum; dat actum, consequenter iste ac-
 tus debet determinari; aliter, si non esset, deberemus habere alteram
 praemotionem ad hoc. Ergo praemotio nos movet ut nos ~~ip~~si determi-
 nus in tali sensu potius quam in alio., Sub praemotione manet liber-
 tas seu indifferentia activa ad plura. "Sic Deus ipsam (i.e. volun-
 tatem) movet quod non ex necessitate ad unum determinat, sed manet
motus ejus contingens et non necessarius nisi in his ad quae natura-
liter movetur" I, II, q. X, a. 4. Et etiam: "Si Deus voluntatem movet ad
aliquid, impossibile ~~ip~~ est huic positioni quod voluntas ad
illud non moveatur; non tamen impossibile simpliciter. Unde non
sequitur quod voluntas a Deo ex necessitate moveatur" ~~ip~~ ad 3.

Tandem in "De Malo q. VI art. unicus ad 3." Sic loquitur S. Thomas: "Deus
 movet quidem voluntatem immutabiliter propter efficaciam virtutis
 moventis quae deficere non potest; sed propter naturam voluntatis
 et expectationem ad contingentiam.

motae quae indifferentem se habet ad diversa, non inducitur necessitas sed manet libertas. . . . Deus omnia movet proportionaliter, unumquodque secundum modum".

In his textibus assertitur quod Deus movet voluntatem ad unam determinatam actionem eliciendam, quod manet tamen libertas voluntatis sed etiam quod motio Dei est infallibilis i.e. attingat suam finem "propter efficaciam virtutis divinae quae deficere non potest" Cf. II, 2^a Gent. 35. "Cum aliqua causa efficax fuerit ad agendum, effectus sequitur causam, non tantum secundum id quod fit sed etiam secundum modum fiendi vel essendi. Cum igitur voluntas divina sit efficacissima non solum sequitur quod fiant ea quae Deus vult fieri, sed quod eo modo fiant quod Deus fieri vult" E.q. XIX art. 8. Unde si Deus vult aliquid fieri libere, libere fiet et infallibiliter. Deus non potest frustrari efficacia divinae suae voluntatis. Praemotio, virtute cuius voluntas libere agit, non est nisi executio divinae voluntatis. Et cum voluntas divina est suum esse subsistens, a nullo dependens; per se est efficacissima et praemotio participat hoc infallibilitate. Restat dicere in quo sensu ista praemotio infallibilis, etiam circa voluntatem liberam vocatur praedeterminatio. Dicimus supra quod praemotio non est nisi executio divinae voluntatis et sic, de necessario, praesupponit determinationem ex parte voluntatis, quamvis praemotio formaliter ad potentiam divinam pertinet; est, enim in ordine executionis et executio est proprium potentiae. Agens, lumine sui intellectus deliberat quid sit faciendum sed electio seu determinatio est in manu solius voluntatis, facit quod ipsa vult. Potentia, facultas executiva, sic determinatur ad faciendum quod vult voluntas et eo modo quod ipsa vult. Et sic apparet quod determinatio seu praedeterminatio formaliter ad voluntatem pertinet et executive ad potentiam ipsam. dicit doctor Communis in eam

Magisvero pro omnibus, notum est quod in Deo Scientia, voluntas et potentia sunt idem et quod divina potentia non distinguitur ab intellectu et voluntate divinis nisi secundum rationem, in quantum potentia divina importat "rationem principii exsequentis quod voluntas imperat" I, q.25 a.1 ad 4. Et si ponimus propriam rationem uniuscujusque dicimus quod 1° divinus intellectus est forma indeterminata rerum: - forma quae est in intellectu tantum, non determinatur ad hoc quod sit vel non sit in effectu, nisi per voluntatem" I, q.19 art.4 ad 4. Et etiam "forma intelligibilis non nominat principium actionis ... nisi adjungatur ei inclinatio ad effectum quae est per voluntatem" I, q.14 art. 8. Clare est quod intellectus ut sic non determinatur ad esse. Dicimus 2° quod ipsa determinatio ad esse pertinet ad voluntatem, est forma determinans in ordine ad esse. Patet ex textibus citatis. 3° Potentia nihil facit nisi exsequere ipsas voluntatis determinationis. Audiatur iterum S. Angelicus Doctor: "Potentia non ponitur in Deo ut aliquid differens a scientia et voluntate secundum rem, sed solum secundum rationem; in quantum sc. potentia importat rationem principii exsequentis id quod voluntas imperat et ad quod scientia dirigit; quae tria Deo secundum idem conveniunt." I, q.25 art.1 ad 4. ... Si quidquid imperat voluntas divina, ipsa Potentia efficit" possumus attribueremotioni divinae seu praemotio executive, quidquid formaliter dicitur de voluntate imperante. Voluntas divina praedeterminat causas secundas earumque actiones: "forma... non determinatur ad hoc quod sit vel non sit in effectu nisi per voluntatem." supra I, q.19 art. 4 ad 4. Ergo praemotio executive sive in ordine executionis est determinatio seu praedeterminatio actionum causarum secundarum. Voluntas praedeterminat non solum quid erit sed etiam modum quo erit seu fit. "Cum igitur, dicit Doctor Communis in eadem

quaestione 19a Iae p. art VIII, voluntas divina sit efficacissima non solum sequitur quod fiant ea quae Deus vult fieri sed quod eo modo fiant quo Deus fieri vult". Consequenter praemotio gaudet eadem efficacia et sic praemovet ad actionem faciendam secundum ipsum modum quo actio debet fieri; liberae si ita debet esse, necessario si necessario debet fieri. Et sic secundum S. Thomam non solum determinatio voluntatis est contra contingentiam et libertatem actionis liberae sed ^{est} causa earum: "Cum aliquid movet seipsum non excluditur quin ab alio moveatur, a quo habet hoc ipsum quod seipsum movet et sic non repugnat libertati quod Deus est causa actus liberi arbitrii De Malo q.3, a.2 ad 4. Interpretando verba S. Joannis Damasceni" ea quae sunt in nobis Deus praenoscit sed non praedeterminat", S. Doctor dicit: "ea exponenda sunt ut intelligantur ea quae sunt in nobis, divinae determinationi non esse subjecta, quasi ab ea necessitatem accipientis" C.G. III, q. XC. Quid sequitur pro praemotione? quod nullomodo obest libertati sed potius est causa libertatis in agente creato libero.

Consequenter praemotio a Thomistis explicata est praedeterminatio divinae voluntatis, nihil aliud quam voluntas divina efficacissima qua Deus libera vult fieri et quae ipse vult fieri et quae eo modo fiunt quo Deus ea fieri vult. Si, a nobis, utitur verbis "praemotio praedeterminans" quod certe est secundum doctrinam a S. Thoma traditam ut patet ex omnibus dictis supra, solummodo est ad excludendam praemotionem indifferentem ab aliquibus adversariis professam.

Conclusio: - Ad instar epilogi circa doctrinam praemotionis, facio mea verba Bossuetii, in "Traité du Libre arbitre, chap. 8: "Tel est le sentiment de ceux qu'on appelle Thomistes; voilà ce que veulent dire les plus habiles d'entre eux par ces termes de prémotion

et de pré-déterminatio physiq̄ue qui semblent si rudes à quelques uns, mais qui, étant entendus, ont un si bon sens." Cf. Zigler, p. 553

B* Molinistae

1° Expositio systematis.

Acriter et fortiter, ducentibus Molina et Suarezio, hi auctores rejiciunt doctrinam de concursu praevio a Thomistis expositam. Pro exclusione istius praemotionis determinantis sic loquitur Ipse Molina: "Duo autem sunt quae mihi difficultatem pariunt circa doctrinam hanc D. Thomae I. q. 105 a. 5. Primum est quod non videam quidnam sit motus ille et applicatio in causis secundis, qua Deus illas ad agendum moveat et applicet... Quare fateor ingenue, mihi valde difficillem esse ad agendum motionem et applicationem hanc quam D. Thomas in causis secundis exigit... Secundum quod mihi difficultatem parit est quia, juxta hanc D. Thomae doctrinam, Deus non concurrat immediate ~~immediate~~ suppositi ad actiones et effectus causarum secundarum, sed solum mediate, mediis scilicet causis secundis."

Respondo concursum praevium, recurrunt ad solum concursum simultaneum pro explicatione ~~relationum~~ inter Deum et creaturam agentem et pro ipsis. Deus influit non in causis secundis sed solum in actione earum effectusque. Suarez enim docet "Neutra harum causarum (sc. prima et secunda) prius quam alia influit, quia neutra influit in aliam sed utraque in effectum vel actionem, et neutra applicat aliam aut facit illam facere ex vi hujus concursus."

Explicitius est Molina; audiamus illum: "Cum dicimus neque Deum per concursum universalem, neque causas secundas esse integras, sed partiales causas effectuum, intelligendum id est de partialitate causae ut vocant non vero de partialitate effectus: totus quippe

quippe effectus et a Deo est et a causis secundis; sed neque a Deo neque a causis secundis ut a tota causa sed ut a parte causae quae simul exigit concursum et influxum alterius: non secus ac cum duo trahunt navim. Ex dictis praeterea intelligatur, quando causae subordinatae sunt inter se, ita ut aliae sint magis, aliae minus universales, aliae particulares, necesse non esse ut superior in eo ordine semper moveat inferiorem, etiam si essentialiter subordinatae sint inter se et a se mutuo pendeant in producendo aliquo effectu: sed satis esse si immediate influant in effectum".

Quid deducitur ex ipsis textibus nisi quod Deus et creatura non sunt causae totales essentialiter subordinatae ut docet S. Thomas sed causae partiales coordinatae et sic doctrina Molinae et Suarezii non est nisi: "Concursus simultaneus non praevius". Si analysi subditur ista doctrina, tunc videtur quod, pro Molina, concursus non est immediatus in causas secundas sed immediatus immediatione suppositi in actiones ipsas earumque effectus. Iste concursus omnino indifferens est ad varias actiones et effectus et determinatur ad species actionum et effectuum a particulari influxu causarum secundarum.

Tamen nullo modo concursus Dei, in singulari, est prior concursus huius causae secundae ad eundem effectum sed a se mutuo pendet. Unde si causa libera sit libera, in sua potestate est ita influere ut producat potius velle quam nolle, hic effectus quam ille, et etiam suspendere influxum si ita vult. Deus praebet suum concursum sed in nostra potestate est ut utamur vel non et etiam ut bene utamur vel abutamur. Consequenter nostra virtus et nostrum vitium non sunt referenda in Deum sed in nostrum arbitrium: ita si Petrus sese convertit et si Judas est proditor impenitens, non est referendum ad Deum sed ad utrumque solum. Deus, pro ipsis dicitur, causa

prima quia dat esse et vim operandi, quia omnia in causa secunda
pendent ab immediato influxu actuali Dei et quia se extendit ad uni-
versos effectus. Concursus Dei nullo modo includit aliquid de novo
inditum ipsi causae secundae quod sit principium actionis.

Conformiter ad hanc doctrinam, sic possumus explicare ortum
 volitionis liberae in voluntate creata sub solo concursu simulta-
 neo admisso ab molinistis: Distinguuntur concursus oblatus et con-
 cursus collatus. "Prior nihil ponit in causa, ait P. Grat. no. 844.8
 neque est concursus realiter exhibitus seu collatus, sed praeparatus
 tantum quasi concursus in actu primo, et consistit in eo quod Deus
 adest voluntati promptus ad eam adjuvandam seu ad causandam entita-
 tem liberae determinationis, cum creatura se determinaverit." Concur-
 sus collatus seu realiter exhibitus nihil aliud est, quam causalitas
 divina efficiens entitatem actionis seu volitionis liberae; est ip-
 semet concursus simultaneus. Concursus oblatus fit collatus ipsa
 determinatione voluntatis per modum conditionis simultaneae, ut
 aiunt, et Deus virtute concursus sui simultanei, causalitatem istius
 determinationis.

2° Probatio: Rationes quae militant pro hoc systemate Moli-
 nistarum reducuntur ad tres: a) sufficientia concursus simultanei ad
 salvandam universalem causalitatem Dei; b) cum praemotione Thomis-
 tarum ruit libertas; c) cum praemotione praedeterminante, Deus est
 causa peccati quod officit suae sanctitati. Sic possent evolvi ista
 argumenta:—

A) Ad causam primam pertinet ut sit prima, ut efficientia volun-
 tatis sit ab ipsa et ut illa voluntas non determinetur absque
 eius concursu.

Atqui haec duo salvantur, cum solo concursu simultaneo.

Ergo solus admittendus est, rejecta praemotione Thomistica.

Minor: 1° efficientia voluntatis est a Deo qui dat esse et vim
operandi.

2° determinatio voluntatis non fit absque concursu Dei: nam
per concursum simultaneum "omnia in causa secunda, pendent
ab immediato influxu actuali Dei" et sic ipsa determina-
tio voluntatis fit sub concursu et nec absque eo.

Ergo nulla offensa ad causalitatem universalem Dei.

B) "Qui vere est dominus actionis suae, stantibus omnibus ad agen-
dum praerequisitis debet actionem omittere posse etiam in sen-
su composito.

Atqui non videtur intellegi posse, quomodo homo omittere pos-
sit actionem ullam stantibus omnibus ad agendum praerequisitis
si admititur theoria praedeterminationis illius physicae: nam
secundum eam ad omnem actionem illa praedeterminatio praerequi-
ritur, ut aliquid quod in creatura natura prius passive recipi-
tur, quam ipsa creatura actualiter activa est, et praeterea
illa praedeterminatio secundum explicitam doctrinam eorum qui
eam defendunt, est aliquis quo cum nequeat nisi una creata
actio, illa sc. ad quam creatura vi praemotionalis receptae tra-
hatur.

Ergo, theoria illa non videtur componi posse cum evidenti veritate,
hominem esse vere dominum actionis suae, consequenter solus con-
cursus simultaneus admittendus est.

C) Si Deus suo influxu praevio creaturam rationalem immediate tra-
hat ad unam certam actionem, quae in concreto spectata pravi-
tas moralis deliberatae creaturae, infallibiliter connectatur, et
si praeterea Deus eam ad ejusmodi actionem ita trahat, ut ex
natura influxus divini secundum effectum suum physicum spectati

illa actio certissime sequatur, sufficienter intellegi nequit quomodo Deus dici possit non per accidens causare peccatum, qua peccatum, eo ipso quod creaturam rationalem ejusmodi influxu efficiat.

Atqui praedeterminatio physica est ejusmodi influxus divinus.

Ergo, ista theoria admissa difficilissimi intelligitur Deum ad actionem physicam peccati concurrentem non per accidens causare ipsum peccatum qua pravitatem moralem et consequenter admittendus est concursus simultaneus.

En quomodo, sensu Molinistarum, salvatur universalitas causalitatis Dei, libertas humana et sanctitas divina.

N.B. Tamen, aliqui Molinistae sive ad effugiendum difficultates ex hoc systemate exertas sive suffulti ipsis textibus S. Thomae in quibus affirmat clare motionem in causis secundis ad agendum, admittunt aliquem praemotionem physicam sed indifferentem "qui est cause de notre acte libre quant à son être mais qui s'interdit l'initiative de sa qualification de telle sorte que la détermination libre relève uniquement de nous et non de Dieu" P.D'Alès S.J.

Quid salvatur in ista theoria, quae verbis solummodo differt ab alia, videbimus in refutatione ejus. Potius, nihil salvatur.

C.3. Augustinianismus:-

Admittit haec doctrina praedeterminationem et praemotionem non physicam sed moralem seu per modum causae finalis, pro voluntate libera.

Haec tractio infallibilis vocatur delectatio victrix. "Cette suavité est un plaisir qui prévient toute détermination de la volonté: et comme de deux plaisirs qui attirent celui-là, dit-on, l'emporte toujours, dont l'attrait est supérieur et plus abondant, il n'est pas malaisé à Dieu de faire prévaloir la plaisir du côté où il a dessein

de nous attirer." Bossuet, Libre arbitre ch. VIII. Ita proponitur objectum ab intellectu voluntati ut infallibiliter ad se trahat assensum voluntatis.

D. Schola Cajetano-Thomistica seu Semithomismus: Paquet, Satolli, Pecci.

1° Expositio.

Haec doctrina "ex una parte respuit scientiam mediam, neque ex alio, consentit praedeterminationi physicae, verum tota est in ad adstruendo solo cooperativo influxu sub ratione intimae et efficacissimae motionis qua Deus in eodem instanti temporis et naturae voluntati agenti coagere dicitur; et in hac sententia, nisi nos nostrum iudicium, simul optime consulitur tum dignitati causae primae tum voluntatis libertati." Paquet I, Dist. VI, q.I art.V.

Pro ipsis, "influxus Dei est immediatus, physicus, efficax ab extrinseco et determinatus sed non praevius: nam in eodem instanti temporis et naturae effectus totus a prima causa et totus a secunda procedit. Motio divina in creaturis non est aliquid distinctum ab operatione creaturae sed ipsamet creaturae operatio secundum illud principium aristotelicum: motio moventis in moto est motus mobilis." Lortie, -l.Ph.Christianae II. p.439.

2° Probatio: Praecipuae rationes quae afferantur ad stabiliendum eorum systema sunt sequentes.

A. Principium aristotelicum: Motio moventis in moto est motus ~~applicatum~~ mobilis explicatum sensu supra citato.

B. Auctoritas S. Thomae:-

1° "Dominium quod habet voluntas supra suos actus per quod in eius voluntate est velle vel non velle, excludit determi-

nationem virtutis ad unum et molestiam causae exterius agentis".

I, C. g. c. 68.

Quod certe excludit, opinione eorum, praedeterminationem thomisticam.

2° "Deum movet voluntatem hominis sicut universalis motor ad universale objectum voluntatis quod est bonum; et sine hac universali motione, homo non potest aliquid velle; sed homo per rationem determinat se ad volendum hoc vel illud, quod est vere bonum vel apparens bonum". I, II, q. 9 a. 6 ad 3.

Et sic apparet quod determinatio est a voluntate sub influ-
xu cooperativo Dei.

C. Testimonium Cajetani quasi basis totius doctrinae:-

"Dupliciter enim contingit secundam causam moveri a prima: uno modo, motione praevia propriae actioni, sicut baculus movet lapidem motus a manu; alio modo, motione cooperativa intrinsece propriae actioni... Non enim oportet cum aliquis vult aliquid, primam causam praevia motione cooperari, sed sufficit et exigitur, eam intrinsece cooperari tali electioni; et hoc quia cooperatio in unoquoque est secundum naturam uniuscujusque; sic enim disponit omnia suaviter.

Et sic salvatur universalis causalitas Dei, libertas creaturae et efficacia divinae motionis. Inutile dicere quod his auctores faciunt suas omnes vituperationes Molinistarum cujuscumque scholae, contra praedeterminationem et praemotionem thomistarum.

En sunt positio Thomistarum et praecipuae sententiae circa concursum praevium quas oportebat, et hoc sufficit meo opinione, adducere in lucem et exponere antequam probetur ~~thesis~~ thesis nostra, positive quidem et negative, conducendo ad tritum istas sententias adversarias.

IV. Probatio Thesis

"Deus physice et intrinsece praemovet omnem causam secundam ad actionem, etiam voluntatem liberam creatam".-

A. Positive probatur thesis: -Necessitas praemotionis

Ium Argumentum: -generale pro quacunque causa etiam libera.

Major: Omnis causa quae est in potentia ad agendum redu-
citur in actum a Deo, recipiendo entitatem vialem
qua determinatur ad operationem eliciendam seu
praemotionem physicam et determinantem. -

Minor: Atqui omnis causa secunda est in potentia ad agen-
dum. -

Conclusio: Ergo omnis causa secunda reducitur in actum
a Deo recipiendo entitatem vialem qua deter-
minatur ad operationem eliciendam seu praemo-
tionem physicam et determinantem. -

Ad Majorem: per partes: -

1° Causa quae est in potentia ad actum reducitur seu movetur ad actum. - Hoc nititur supra axioma bene notum: "quod est in potentia non reducitur in actum nisi per ens actu" (Ia q.3.a.1); nam nihil reducitur in actum nisi per agens, et agens est ens actu. - Etiam, "nemo dat quod non habet." Atqui causa quae est in potentia ad ope-
randum, non agit seu non habet agere: esset simul in potentia et in actu. Ergo causa quae est in potentia non agit seu non dat ac-
tionem nisi illam recipit i.e. nisi actuatur seu movetur. - Idem probatur dicendo "quidquid movetur, ab alio movetur", cum "reduci

in actum" est "moveri".- Est principium ontologicum omnino universale et probatur experientia. Observatione enim universali comper- tum habemus illud principium in rebus molis constanter verificari. Entia non viventia, quotiescumque moventur, etiam cum propriam exercent activitatem, videmus ab alio moveri..Entia viventia movent se ipsa, ita tamen ut una pars moveat aliam et primo pars movens in suo motu pendeat aliquo modo a principio extrinseco. Magisvero analysis subjecti et praedicati istius principii démonstrat rationem ejus necessitatis et universalitatis; nam quidquid movetur, eo ipso quod movetur est in potentia ad actum acquirendum. Actum illum proinde non habet, alioquin non esset in potentia sed in actu. A quo tunc venit illum actum? non a re quae movetur: aliter esse oriretur ex non esse; neque a nihilo propter eandem rationem. Ergo actum suum acquirit res mota ab alio ente quod ipsum aliquo modo jam continet i.e. movetur ab ente quod jam est in actu.-

2°-Reducitur in actum a Deo:- *Quidquid movetur, ab alio movetur*
 Quidquid ^{aliquo} in serie moventium per se non est procedendum in infinitum, nam, "in serie moventium inter se subordinatorum (ut sunt rotae inter se subordinatae alicujus machinae quarum altera movet alteram), unumquodque movens, ut moveat, movetur a superiore movente neque movetur nisi moveatur. Jamvero cum proceditur in infinitum in moventibus et motis, unumquodque movens ut movere possit, expectat moveri ab aliquo superiore movente et hoc in infinitum, ac proinde frustra expectat quia infinitum pertransiri nequit". Gredt n° 790 arg. Ium.

Ergo necesse est devenire ad aliquod primum movens quod a nullo movetur et hoc est Deus movens causam secundam sive immediate ut voluntatem hominis sive mediate.

3°-Recipiendo entitatem vialem seu praemotionem physicam:-

Causa quae est in potentia ad operandum determinanda est ad operandum et quidem ante operationem. Quando est in potentia, est in

statu imperfectionis: potentia imperfectionem importat. - Quando est actu agens, est in statu perfectionis: actus perfectionem dicit. - Quomodo explicatur transitus, si nihil additur causae in potentia. Nihil recipiendo, stat in statu imperfectionis. Nec potest determinari per ipsam actionem quae sequitur ex causa in actu: nam debet determinari ad actionem eliciendam; et sic excluditur concursus simultaneous quae est ipsa operatio seu actio ut a Deo participato. Ergo debet recipere aliquam specialiam entitatem praecedentem operationem quae habet omnes *proprietates* praemotionis. Est motio ex parte Dei quae educit de potentia in actum: unde in causa secunda est "ipsum educi seu ipsum moveri". Est motio praevia quia datur ante operationem. Est motio physica quia intrinsece applicat ad operandum ponens aliquid reale et physicum in ipsa causa secunda; cum hoc aliquid reale datur per modum applicationis actus primi ad actum secundum datur per modum qualitatis vialis: "id quod a Deo fit in re naturali quo actualiter agat est ut intentio sola habens esse quoddam incompletum. Et sic motio ista seu ens viale est applicans ad actum secundum et etiam motio determinans ad actionem hic et nunc eliciendam. -

Recte concluditur quod causa secunda reducitur de potentia ad actum recipiendo entitatem vialem seu praemotionem physicam a Thomistis propositam. -

Ad Minorem: Causa secunda est in potentia ad agendum.

1°- Probatur a posteriori seu ab experientia: - Aliquando causa secunda agit, aliquando non; modo operatur modo non operatur, modo hanc modo aliam elici operationem. Si causa secunda ita se habet, certe est in potentia ad operationem. Et revera conscientia nobis manifestat hunc statum pro potentiis animae sive cognoscitivis sive appetitivis. Idem valet pro potentiis operativis quae subsunt experientiae nostrae externae.

2°-Probatur a priori seu ex natura metaphysica causae secundae: Causa secunda est realiter distincta ab actione sua quae est transiens; nam in omni ente creato adest distinctio realis inter essentiam et existentiam et consequenter nullum ens creatum est suus actus ultimus. Unde agens creatum non est suus actus ultimus quod est actio; est in potentia ad suum esse, a fortiori ad suum agere.-

Ergo causa secunda non est semper agens in actu secundo seu actus purus, sed est in potentia ad eam, in actu primo quia est agens per participationem tantum.-

Sic consolidatur minor.

Ergo stat conclusio:-omnis causa secunda reducitur in actum a Deo recipiendo entitatem vialem qua determinatur ad operationem elicendam seu praemotionem physicam et determinantem.-

IIum Argumentum:-in quantum causae secundae sunt instrumenta Dei.-

Major:Omne instrumentum producens effectum causae principalis debet applicari et moveri a causa principali.-

Minor:Atqui in omni operatione, creatura seu causa secunda producit effectum proprium Dei causae principalis primae, nemperesse.

Conclusio:Ergo causa secunda, ad hoc, debet applicari et moveri a Deo.-

Ad Majorem:-Causa instrumentalis est illa quae non agit virtute propria sed virtute causae principalis; mota a principali producit effectum superiorem virtute sua propria.-Tunc si causa instrumentalis non est proportionatum effectui quod producit debet elevari ad hunc producentium participando virtutem operandi causae principalis. Haec elevatio instrumenti ut vidimus in statu quae-

tionis tibi de causa instrumentali non recte explicatur per assistentiam extrinsecam Scotistarum quae nihil tribuit, nullo modo elevans virtutem propriam instrumenti, nec per potentiam obedientialem activam Suarezii quae reddit ~~instrumentum~~ naturaliter aptum ad producendum effectum et sic instrumentum fit causa principalis, sed per applicationem et motionem intrinsecam ad modum entis vialis quae ante operationem recipitur et elevat virtutem instrumenti ad effectum superiorem efficiendum. Haec elevatio et applicatio recte vocatur praemotio physica. -

Ad Minorem: - Res creatae, dum agunt, attingunt rationem entis quia necessario invenitur in qualibet operatione, utpote notio transcendentalis. Atqui entitas in operatione creaturae non producit a virtute creata, quia entitas in quantum effectus universalissimus a solo Deo produci potest qui est causa universalissima. Ergo creaturae sunt cause instrumentales quae attingunt effectum virtutis divinae. -

Haec minor probatur etiam ex diversis locis S. Thomae ubi affirmat clare quod creaturae sunt instrumenta Dei, producendo esse: "Quando aliqua agentia diversa sub uno agente ordinantur necesse est quod effectus qui ab eis communiter fit sit eorum secundum quod uniantur in participando motum et virtutem illius agentis; non enim plura faciunt unum, nisi in quantum unum sunt; sicut patet quod omnes qui in exercitu sunt operantur ad victoriam causandam, quam causant secundum quod sunt sub ordinatione ducis, cujus proprius effectus victoria est. Ostensum est autem (l. I. c. 13) quod primum agens est Deus. Quum igitur esse sit communis effectus omnium agentium (nam omne agens facit esse actu), oportet quod hunc effectum proficiant, in quantum ordinantur sub primo agente et agunt in virtute ipsius." Paulo post etiam dicit: "Est igitur esse

proprius primi agentis, sc Dei; et omnia quae dant esse hoc habent in quantum agunt in virtute Dei "C.G.III,c.LXVI." "Sub Deo autem qui est primus intellectus et volens, ordinantur omnes intellectus et voluntates sicut instrumenta sub principali agente" C.G.III.c.CXLVII.

Si, ut patet, causae secundae sunt instrumenta Dei quoad productionem tou "esse", etiam si attingunt sub ratione "talis esse", conditioni instrumentorum subjiuntur, ut agere non possint nisi a causa prima, quae est Deus ad agendum praemoveantur.-

Ergo stat conclusio: -Causa secunda debet applicari et moveri a Deo, in omni sua operatione.-

IIIum Argumentum: -Deus praemovet in quantum causa libertatis.

Major: -Omnis perfectio creata debet causari a Deo tanquam a prima causa.

Minor: -Atqui libertas actualis i.e. entitas liberi actus et determinationis liberae est perfectio.

Conclusio: Ergo libertas actualis debet causari a Deo tanquam a causa prima.-

Ad Majorem: - Deus est ens per essentiam; et cum agere sequitur esse est etiam causa per essentiam. E contra omnis creatura participans esse vel aliqua perfectione, participat dependenter a Deo et sic Deus est causa prima, universalissima totius entis et etiam omnium modorum entis; profundit per causalitatem suam totum **ens** et omnes ejus differentias. Nihil subtrahitur causalitati universalissima Dei, aliter haberemus aliquid creatum existens independenter a Deo, quod est absurdum. - Certe Deus non est causa prima totius entis eo sensu quod esset causa materialis seu formalis, sic argueret imperfectionem in eo, sed causa efficiens prima unde omnia pendet ut a fonte inexhaustibili "tou esse". - Sed actio Dei producens

omnia ad extra supponit in Deo electiones ex parte voluntatis, seu determinationes seu decreta determinantia circa res faciendas et certe, non indifferentia aliter nihil exiret in esse. Et cum voluntas Dei non potest frustrari, ab istis electionibus seu decretis motio Dei executiva sumit efficaciam et omnia eveniunt ut decretum statuit.

Sic possumus dicere quod omnis perfectio creata debet causari a Deo i.e. pendet a decreto divino et consequenter exigit motionem divinam ut participat ad esse.-

Ad Minorem:- Libertas consistit in indifferentia dominativa super actum suum Sed ante actum, ista indifferentia dominatrix esse potius potentialis quam actualis. Jam est maximi momenti habere istam potentialem indifferentiam sed nota quod magis valet ipsum exercitium istius indifferentiae i.e. libertas actualis qua actu habemus potestatem dominativam supra actum nostrum ita ut possumus eum ponere vel non.- Et certe dominium super actum nullam arguet imperfectionem sed e contra est signum perfectionis et independentiae. Unde recte dicimus quod libertas actualis est perfectio et cum sit perfectio creata subditur principio in majori enuntiato.

Ergo stat conclusio:-Libertas actualis debet causari a Deo tanquam a causa prima.-

Explicatur haec conclusio:- Indifferentia potentialis est status voluntatis nostrae, ut facultas privata actu suo, erga bona particularia. Indifferentia dominatrix actualis seu activa est proprium ipsius actus liberi; quia in eo instanti in quo elegit ^{Tale} late bonum particulare quod amplitudo voluntatis in fine superet, est dominus attractionis ex parte istius boni. Unde motio divina, non destruit hanc indifferentiam fundatam super disproportionem ~~objecti~~ cum voluntate, sed eam actualizat. Et sic Deus est causa prima efficiens ipsius actus liberi seu determinationis liberae voluntatis.-

Et haec motio Dei non est indifferens, quo in casu ipsum decretum Dei esset indifferens. Ab indifferenti ut tali non potest magis procedere aliquid determinatum quam frigidum a calido vel album a nigro, ita ut posito solo decreto indifferente, voluntas quae est indifferens ante suam determinationem, in aeternum maneret otiosa et suspensa ab actu. - Restat igitur quod Deus sit causa efficiens nostrae libertatis actualis per decretum determinans et motionem a se efficacem ab illo descendente qua voluntas ab indifferentia sua passiva "quasi a somno excitata" (Billuart) et reducitur de potentia ad actum. Et in hoc nihil contra libertatem: Causa causando effectum ipsum non destruit sed ponit eum. - Ergo libertas humana requirit motionem physicam et determinatam. -

Hanc doctrinam in argumento expositam juvat ab auctoritate S. Thomae confirmare. - In "De Potentia q. IIIa, art VII ad 13um" ait Divus Doctor: "Dicendum est quod voluntas dicitur habere dominium sui actus non per exclusionem causae primae sed quia causa prima non ita agit in voluntate ut eam de necessitate ad unum determinet sicut determinat naturam et ideo determinatio actus relinquitur in potestate rationis et voluntatis" Ubi recte affirmatur quod Deus est causa prima actus liberi et quod ejus determinatio non necessitat ad unum sed relinquit libertatem voluntatis. Alio loco, Ia q. 83, art 1, ad 3um docet eandem doctrinam: - Liberum arbitrium est causa sui motus: quia homo per liberum arbitrium seipsum movet ad agendum. Non tamen hoc est de necessitate libertatis quod sit prima causa sui id quod liberum est; sicut nec ad hoc quod aliquid sit causa alterius, requiritur quod sit prima causa ejus, Deus igitur est prima causa movens et naturales causas et voluntarias. Et sicut in naturalibus causis, movendo eas non aufert quin actus earum sint naturales; ita movendo causas voluntarias, non aufert quin actiones

earum sint voluntariae sed potius hoc in eis facit: operatur enim
in unoquoque secundum ejus proprietatem".- Ergo nulla laesio li-
bertatis in motione Dei qua tollat indifferentiam potentiali. talis
ut det indifferentiam actualisatis.-

Deus, igitur, causa universalissima profundens omne ens et om-
nis entis differentias, cujus proinde est producere et actum et
modum ejus in quantum etiam agens infinitae efficaciae, potest
producere non solum substantiam actus liberi sed etiam modum ejus
libertatis; imo cum iste modus liber, ista determinatio libera, in
causa secunda, non est a se, de facto procedit a Deo et a causa
prima dependet a decreto ejus infallibili, a motione ejus supremae
efficaciae. Et sic recte affirmatur quod voluntas libera indiget
praemotione determinante ut a Thomistis explicata.-

IVum Argumentum:- Ex subordinatione causae liberae in cau-
salitate.-

Major: Quae in sua causalitate immediate Deo subordi-
nantur, indigent ad agendum divina praemotione.

Minor: Atqui causae liberae in sua causalitate imme-
diate Deo subordinantur.

Conclusio: Ergo causae liberae indigent ad agendum
divina praemotione.-

Ad Majorem:-Subordinatio causalitatis in causis efficien-
tibus, ut efficientes sunt, importat in causis inferioribus subjec-
tis quandam indigentiam influxus superioris causae, qui illas mo-
veat ad agendum. S. Thomas hoc explicita dicit in Ia .105 art 5:
"Secunda hoc considerandum est, quod si sint multa agentia ordina-
ta, semper secundum agens agit in virtute primi agentis. Nam primum
agens movet secundum ad agendum; et secundum hoc omnia agunt in vir-
tute ipsius Dei; et ita ipse est causa omnium actionum agentium"

^{multa} Nulla exempla possunt offerri ad confirmationem istius doctrinae. Corpus ejusque membra animae subordinantur nec agunt nisi applicantur et moventur ab ipsa. Inter alias facultates, voluntas est suprema, tenet locum dominantem ita ut nulla potest agere nisi per suam motionem. Prima rota horologii dat motionem aliis omnibus. - Miles non progreditur ad agmen nisi ductus et motus a duce; ipse dux agit sub motione sui imperatoris. - Unde si in inferioribus, causa inferior potest aliam movere et applicare ad actionem dando ei motionem aptam cui Deus cui subdantur omnia in operari non potest dare similem motionem ad actionem eleciendam.

Ergo causae liberae non pendent a Deo in agendo nisi quatenus Deus eas physice movet, hoc est praemovet reducendo eas de potentia in actum: in qua reductione consistit formaliter praemotio, ut dicimus.

Ad Minorem:-

1^o- Causae liberae in sua causalitate sunt omnino subjectae causae primae, quae in quantum primum agens in omnibus effectibus rerum creaturarum operatur. Totum caput LXVII libri tertii Contra Gentiles est affirmatio hujus assertionis: - "Nihil est causa essendi nisi in quantum agit in virtute divina. - Omnis virtus uniuscujusque agentis est a Deo sicut a principio omnis perfectionis. Ergo, quum omnis operatio consequatur aliquam virtutem, oportet quod cujuslibet operationis causa sit Deus. - Cessante influentia divina, omnis operatio cessaret. Omnis igitur rei operatio in Ipsum reducitur sicut in causa. - Omnis applicatio virtutis ad operationem est principaliter et primo a Deo; omnis motus voluntatis.....reducitur in Deum sicut in primum appetibile et in primum volentem. Omnis igitur operatio debet attribui Deo sicut primo et principali agenti - Deus est principaliter causa cujuslibet actionis quam etiam causae secundae agentes. - Oportet dicere quod omne agens in virtute divina agat.

Ipse igitur est qui est causa actionis omnium rerum". - Haec subjectio est ipsa subordinatio causarum secundarum causae primae cum importet dependentiam in agendo ab illa causa, quae in omnibus rebus operatur. - Dicimus

2° quod causae secundae immediate subdatur Deo et consequenter immediate praemoventur a solo Deo quia nullum agens creatum, in causam liberam, efficienter agere potest. Nullum agens internum i.e. nulla facultas suppositi voluntate praediti potest efficienter agere in voluntatem; facultas organica non potest agere in facultate spirituali nec ipse intellectus, cum nulla ei competit causalitas efficiens. - Etiam agens externum creatum non potest efficienter movere voluntatem multiplici ratione et primo quidem quia appetitus naturaliter mobilis non est nisi per cognitionem quae est motio per modum alligentiae: "Nulla substantia creata potest movere voluntatem nisi mediante bono intellecto. Hoc autem est in quantum manifestat ei aliquid esse bonum ad agendum, quod est persuadere. Nulla igitur substantia creata potest agere in voluntatem vel esse causa electionis nostrae nisi per modum suadentis" III.C.G.c.88. - Secundo quidem quia creatura rationalis, utpote immediate ordinata in Deum, non potest esse subjecta simpliciter et physice alteri creaturae: "Motum naturalem causare non potest nisi quod est aliquantulum causa naturae.... sed quod motus voluntarius ejus sit ab aliquo principio extrinseco quod non est causa volitionis, est impossibile. Voluntatis causa nihil aliud esse potest quam Deus "IaIIae q.9.art 6. Tertio loco, voluntas debet moveri intacta libertate quod non potest nisi divina efficacia: "Impossibile est quod voluntas moveatur a principio extrinseco quasi ab agente, sed oportet quod omnis motus voluntatis ab interiori procedat..... Illud igitur solum agens potest causare motum voluntatis absque violentia quod causat principium intrinsecum hujus motus quod est potentia ipsa voluntatis. Hoc autem est Deus

qui animam solus creat. Solus igitur Deus potest movere voluntatem per modum agentis absque violentia "III. Q. Q. c. 88.

Ergo causae liberae in sua causalitate immediate Deo subordinantur et ita agere non possunt nisi prius recepto influxu divino ad agendum quod est ipsa praemotio. - Si admittitur, e contra, solummodo concursus simultaneus ut Molinistae volunt, voluntas vere et proprie se ex se facit velle, non educitur a Deo sed se educit de potentia in actum saltem acceptando concursus divinum. Tota acceptio est in manu creaturae et sic, creatura non esset a Deo dependens in sua causalitate quod manifeste est contra doctrinam S. Thomae circa dependentiam omnis cause secundae a Deo "qui omnia in omnibus operatur".

Ergo Stat Conclusio: - Causae liberae indigent ad agendum divina praemotione.

Vnum Argumentum: - Ex indeterminatione causarum liberarum

Major: Causae liberae, habentes ut liberae indeterminationem subjectivam ad agendum vel non agendum, debent, ut agent determinari in electione ad unum oppositorum. -

Minor: At qui haec determinatio non ^{provenit} ~~provenit~~ nec ab objecto nec a voluntate sola sed a voluntate praemota a Deo.

Conclusio: Ergo causae liberae ut agent debent praemoveri a Deo.

Ad Majorem:

1° - Causae liberae habent indeterminationem subjectivam ad agendum vel non agendum; hoc est de intrinseca natura libertatis. Ut sci- mus ex Psychologia, liberum arbitrium et indifferentia activa ab intrinseca vi cujus voluntas potestatem dominativam super actum suum habet, ita ut, positis omnibus requisitis ad agendum possit agere et

et non agere, Haec indifferentia voluntatis, haec facultas agendi vel non agendi habet pro radice proxima indifferentia iudicii practici rationis seu ex parte objecti ab intellectu propositi. - Radix autem remota consistit in ipsamet cognitione intellectuali; "nam iudicium practicum ideo a natura non est determinatum ad unum, quin intellectus apprehendit ipsam beatitudinem seu rationem boni universalis; conferendo enim rationem boni universalis cum singulis bonis particularibus inveniet singulis aliquid boni inesse sed non totam rationem boni." Gredt n°591,1. - Unde indifferentia subjectiva ad agendum vel non agendum requiritur in causa libera ex ipsa cognitione universali et indifferentia objectiva seu iudicii ultimi determinationem, seu debet educi de statu potentialitatis ad statum actualitatis patet ex eo quod ex indifferentia ut tali non potest egredi actualis determinatio ad agendum. Hoc valet pro quacumque facultate in potentia ad agendum secundum axioma: quidquid est in potentia reducitur de potentia ad actum per ens actu. Sic etiam valet pro voluntate creata quae est in potentia ad operandum et dico plus valet pro hac facultate quam pro aliis quia voluntas est magis in potentia et indeterminata, cum ipsa sequatur cognitionem passive indifferentem et mobilem. -

Ad Minorem; Unde tunc haec determinatio, haec edictio de
potentia in actum.

1° non ab objecto: - Ut habetur perfecta libertas arbitrii debemus habere indifferentiam objecti. Voluntas in statu unionis non determinatur necessario pro electione sua ab ultimo iudicio practico. Hoc iudicium movet voluntatem objective et secundum formam proponendo quid sit faciendum an non. Unde motio intellectus est specificare electionem, indicare viam. Motio haec nihil facit quoad applicationem ipsius voluntatis ad exercituum, quoad electionem quae elicitur ex voluntate et ab intrinseco. Unde in virtute ultimi iudicii practici,

voluntas manet in sua indifferentia. Et sic quamvis ex parte objecti adsit ratio sufficiens elãgendi, adest tamen est parte voluntatis sufficiens ratio physica abstinendi se ab electione cujus domina est. Hoc declarat expresse S.Thomas: "voluntas a nullo objecto ex necessitate movetur: potest enim aliquis de quocumque objecto non cogitare et per consequens non actu velle illud". IaIIae q.X.Art.2.- Unde quia cognitio practiva intellectiva versatur circa bona limitata aut limitate seu inadaequate proposita, iudicium ultimum practicum, natura sua est indifferens et appetitio elãcita, sequens talem cognitionem, est indifferens seu libertate praeditus.- Consequenter motio objecti non capax, de se, educendi voluntatem de potentia-agere ad actum-agere.-

2º-non a voluntate sola: ut jam dicitur in explicatione Majoris ex indeterminate ut tali non potest sequi determinatio: indetermination non est ratio sufficiens determinationis. In casu, voluntas est indeterminata quoad exercitium suae electionis in quam indifferenter exire potest et ab ipsa abstinere. Etiam si dicitur quod electio est in manu voluntatis, quod ipsa libere se determinat, tamen clare apparet quod ista determinatio electionis non habet in voluntate indeterminata rationem sufficientem, quod ista determinatio non est totaliter a sola voluntate.- Aliter cum ista determinatio habet rationem entis, si ponitur independenter a Deo, a sola voluntate, daretur aliqua entitas a Deo non dependens; quid sequeretur: Deus non esset Deus, nec creaturae, creaturae, quia si determinatio causae liberae est a se est ens a se seu Deus!-

3º-a voluntate praemota a Deo: Consequenter determinatio voluntatis liberae cum non sit totaliter ab ipsa sola, venit etiam ob principio extrinseco nempe Deus qui per motionem suam reducit voluntatem de potentia volendi ad actum volendi, Deus ipse solus physice

determinat seu movet voluntatem ut sic determinata seu nota se moveat et determinet active et libere. Haec motio nihil est aliud quam praemotio thomistica jam explicata. Juvat ad confirmationem hujus doctrinae revocare in memoriam quid S. Thomas docet in IIIa C. I. c. 89 sic inscriptum: "quod motus voluntatis causatur a Deo et non solum a voluntate." - Primo loco, Divus Auctor feferat opinionem eorum qui volunt substrahere electionem liberam creaturae ab actione Dei; pro his auctoribus, "Deus causeret in nobis velle et perficere in quantum dat nobis virtutem volendi, non **autem** sic quod faciat nos velle hoc vel illud". . Contra praedictos auctores, citat S. Doctor ipsam auctoritatem Scripturae Sacrae: "Omnia opera nostra operatus est nobis, Domine" (Is. 26, 12). Si ita est, certe etiam operatio nostra est a Deo; alio loco: "quocumque voluerit, inclinabit illud" Pr 21, 1; certe hoc valet etiam pro inclinatio ad actum voluntatis. - Deinde, dat ipsam rationem; "nulla res potest propria virtute agere, nisi agat in virtute ipsius. Ergo homo non potest virtute voluntatis sibi data uti, nisi in quantum agit in virtute Dei. Illud autem in cujus virtute agens agit est causa non solum virtutis sed etiam actus. . . . Deus igitur est causa nobis non solum voluntatis sed etiam volendi. -" Nonne idem est ac dicere quod determinatio voluntatis non a sola voluntate sed a Deo applicante voluntatem ad actum? -

Alia ratio explicatur a S. Thomas, vestigia Aristotelis sequente in quantum demonstrat quod motus initialis voluntatis debet procedere a Deo, Primo Motore Immonili; En argumentum ipsum: "Hujus quod aliquis intelligat, consilietur, et eligat et velit oportet aliquid esse causam, quia omne novum oportet quod habeat aliquam causam; si autem est causa ejus aliud consilium et alia voluntas praecedens, quum non sit procedere in his in infinitum, oportet devenire ad aliquod primum; hujusmodi autem primum oportet esse aliquid quod est melius ratione; ni-

hil autem est melius intellectu et ratione nisi Deus; est igitur Deus primum principium nostrorum consiliorum et voluntatum." Idem concluditur post longam expositionem istius argumenti in "De Malo q. VIa":- id quod primo movet voluntatem et intellectum, est aliquid supra voluntatem et intellectum sc. Deus; qui cum omnia moveat secundum rationem mobilium.....etiam voluntatem movet secundum ejus conditionem, non ut ex necessitate, sed ut indeterminate se habentem ad plura".- In hac motione Dei passive sumpta, stat tota praemotio nostra.

Ergo Stat ~~conclusio~~: Causae liberae ut agant debent praemoveri a Deo.

B. Negative probatur thesis; refutatio sententias oppositas

I-Refutatio Molinistarum:-Isti auctores, ut scimus, fortiter respuunt omnem concursum quod esset praevium et sic negant quod Deus applicati causam secundam speciatim liberam ad suam actionem, entitate intrinseca ~~et~~ praeviali, Si ipsi audiantur, nullo modo Deus influit, directe in causam secundam, satis est si immediate influat in effectum. Ita, applicatio actus primi ad actum secundum venit ex ipsa causa libera quae sese determinat, "in nostra potestate est ut utamur vel non et etiam ut bene utamur vel non".- Ad solvendam causalitatem universalem Dei sufficit, sensu eodem, quod Deus efficiat per suum concursum simultaneum totam entitatem actionis liberae, sic ~~ni~~hil subtrahetur potentiae divinae. Unde nihil admittum nisi concursum simultaneum. Magisvero, magna habent adversus famosam istam praemotionem thomisticam: sub tali praemotione nulla remanet libertas et etiam non videtur quomodo Deus non est causa peccati.-

Quid ad haec asserta?—

1°-Doctrina solius concursus simultanei a Molinistis admissa non solvat universalem causalitatem Dei. R.Molina ipso testante, influxus divinus non determinat voluntatem ad consentiendum. E contra, ipse influxus liberi arbitrii determinat concursum divinum ad actum ut de oblato transit in collatum.— Si ita est, aliquid subtrahitur potentiae Dei et hoc aliquid est ipsa determinatio voluntatis, ipsum dominium super actum, ipsa potitio actus liberi.— Tunc existat aliqua perfectio independenter a Deo. Nonne est perfectio, pro voluntate, transire de potentia ad actum, producere suum actum, sese determinare? Totus Molinismus adstruitur ad hoc ut ista perfectio salvetur, ut non sit laesa a quocumque, etiam a Deo. Consequenter, si ista perfectio non dependit a Deo, id quod est in nobis magis perfectius, nostra libertas, actus noster liber^{us}, esset totaliter a creatura et independens a Deo, et libertas creata non esset libertas finita dependens in ipsa ratione libertatis sed libertas prima. Totus ~~for~~ fons suae libertatis, quod sane est absurdum. Quo in casu conversio S.Pauli in via ad Damascum non esset attribuenda Deo sed soli Paulo; et in ordine supernaturali, id quod maximi momenti in salutem, ipso determinatio actus nostri salutaris non esset ab Auctore salutis?... Certe talis doctrina non solvat causalitatem universalem causae primae cui nihil debet subtrahi, a qua dependet etiam ipsa libertas secunda ut a libertate prima, per essentialiter causa totius libertatis creatae.—

Ipo facto, etiam, quod admittitur determinatio est a sola, minuitur soliditas principii causalitatis. Quomodo verificatur in isto systemate principium: quidquid movetur ab alio movetur, vel quidquid est in potentia reducitur de potentia in actum per ens actu, nemo dat quod non habet? si "esse" actionis venit a causa secunda in potentia ad actionem? Si adest una exceptio, cur non essent **nullae**? et

sic ipsa veritas principii in dubium vertitur, quo ipso enervatur probatio existentiae Dei fundata supra tale principium ut recte notat P. Garrigou-Lagrange.

Non solum causalitas divina et valor principii causalitatis offenduntur sed aliqua passivitas introducit in Actu puro secundum asserta Molinismi. Primo nullo modo potest determinatio creaturae determinare efficienter ipsum influxum Dei, ita si Deus agit *producendo* entitatem determinationis, oritur ex eo quod ipsa causa *se* sese determinat: prima passivitas. - Nota tamen quod dicere quod praemotio modificatur secundum naturam causae secundae est sanae doctrinae cum quidquid recipitur ad modum recipientis recipitur. - Secundo, rejecta praemotione Thomistica et decretis voluntatis divinae a quibus ipsa praemotio sumit efficacia iam, Molinistae introducunt in Deo scientiam mediam ad cognoscenda futura conditionata. - Admissa scientia media, ipsa scientia divina passive se habet circa futura libera conditionata, determinatur ab ipsis et non determinat ea. Et quid de sententia S. Thomae docentis quod scientia Dei est causa rerum, Ia. q. 14 art 3, "necesse est quod sua scientia sit causa rerum secundum quod habet voluntatem conjunctam; et in C. G. l. I. c. 68: "cognoscendo sum intelligere et velle, cognoscit omnem cogitationem et voluntatem." - Ergo excludendus est Molinismus quo introducitur passivitas in Deo in quo nulla imperfectio et passivitas. Et sic solvitur primum argumentum adversariorum.

2° - Sub praemotione, nulla manet libertas: est objectio sub forma *brevis*: - Praemotione stante, non possumus aliter agere cum una et talis determinata actio debet poni in virtute istius praemotionis. Ergo non salvatur definitio libertatis. -

R. - Contra hanc difficultatem, nota immediate definitionem libertatis a Molinistis propositam: "facultas quae positis omnibus ad agentium

praerequisitis potest agere et non agere etiam in sensu composito". - Ita explicant ut positis omnibus praerequisitis ad actum liberum, etiam ipso ultimo iudicio practico et electione ipsa positis voluntas posset non ponere actum de facto, posset non eligere. - Si hoc applicatur ad quaestionem nostram, resistantia actualis esset compossibilis sum motione efficacia Dei. -

Haec definitio libertatis, si agitur de praerequisitis natura ad agendum implicat opertam contradictionem: "cum requisitis natura tantum ad actum, ait Billuart, non potest componi non actus, bene tamen potentia expedita non agendi: quia eo ipso instanti quo sunt praerequisita natura tantum ad agendum ut sunt v.g. iudicium ultimum rationis practicae, determinatio qua voluntas seipsam determinat ad agendum, est actio, implicat autem posse componi simul non-actionem cum actione" - Ut uter exemplo, cum aliquis de facto sedeat, non potest componi actus ambulandi simul cum actu sedendi; remanet, sub actuali sessione potestas ad aliud in sensu diviso: impossibile est sedere de facto et non sedere, ponere actum et simul posse ponere non-actum. - "Cum praemotio divina sit ex praerequisitis natura tantum et causalitate ad agendum, et in eo ipso instanti quo datur homo agat, liberum arbitrium sub illa non potest non agere in sensu composito et potentia consequente, sed in sensu diviso et potentia antecedente tantum, hoc est, non potest componere non actionem cum illa, sed tantum potentiam non agendi" Billuart, De Acth. Thess II art. 1. p. IV. Unde "sensus compositus non significat voluntatem cum praemotione et sensus diviso: voluntatem sine praemotione; sed stante eadem praemotio fit compositio et divisio secundum formalitates seu munera in ipsa praemotione reperta, quatenus a) dat modum libertatis et b) infert infallibiliter eventum; et ita dividendo primum a secundo et respiciendo primum tantum quod est dare modum libertatis et contingentiae dicimus voluntatem praemotam posse non velle et aliter velle in sensu diviso; componendo

utrumque i. e. infallibilitatem eventus cum modo libertatis (seu positionem infallibilem actus cum non-positione ejus) et considerando utrumque, dicimus voluntatem non posse non velle in sensu composito" Gredt n° 846.4.

Quod haec omnia sunt totaliter secundum doctrinam S. Thomae circa efficaciam et infallibilitatem divinae motionis patet ex sequentibus locis "Si Deus movet voluntatem ad aliquid, impossibile est huic positioni quod voluntas ad illud non moveatur: non tamen est impossibile simpliciter. Unde non sequitur quod voluntas a Deo moveatur ex necessitate". Ia IIae q. 10. art 4 ad 3um. "Quamvis non esse effectus divinae voluntatis non possit simul stare cum divina voluntate tamen potentiae deficiendi effectum simul stat cum divina voluntate; non enim sunt ista impossibilia: Deus vult istum salvari et iste potest damnari; sed ista sunt impossibilia: Deus vult istum salvari et iste damnatur." De Ver. q. XXIII art 6 ad 3um.

Consequenter motio Dei est infallibilis et tamen manet libertas. ~~Quomodo~~ infallibilitas et modus libertatis sub praemotio conciliantur? Pro S. Thomas solutio est in efficacia suprema divinae voluntatis: "Cum enim aliqua causa efficax fuerit ad agendum, effectus consequitur causam non tantum secundum id quod fit, sed secundum modum fiendi seu essendi: ex debilitate enim virtutis activae in semine, contingit quod filius nascitur dissimilis patri in accidentibus, quae pertinent ad modum essendi. Cum igitur voluntas divina sit efficacissima, non solum sequitur quod fiant ea quae Deus vult fieri; sed quod eo modo fiant quo Deus fieri vult. Vult autem Deus quaedam fieri necessario, et quaedam contingenter, ut sit ordo in rebus, ad complementum universe. Et ideo quibusdam effectibus optavit causas necessarias quae deficere non possunt ex quibus effectus de necessitate provenirent; quibusdam optavit causas contingentes defectibiles, ex quibus

effectus contingenter eveniant. Non igitur propterea effectus voliti a Deo, eveniunt contingenter, quia causae proximae sunt contingentes: sed propterea quia Deus voluit eos contingenter evenire, contingentes causas ad eos praeparavit "Ia.q.19.art 8.- Ergo infallibilitas non est necessitas; sub motione divina, Electio nostra est a nobis ut a causa secunda, quia motio divina non tollit indifferentiam iudicii ultimi rationis practicae et sic manet indifferentia activa dominatrix ergo bonum particulare quodcumque. Volendo eum, voluntas potest eum non velle et sic manet modus liber actionis nostrae seu Electio- nis: -"Voluntas divina non solum se extendit ad hoc ut aliquid fiat per rem quam movet, sed etiam eo modo fiat quod congruit naturae ipsi. Et ideo magis repugnaret divinae motioni si voluntas ex neces- sitate moveretur (i.e. absque potentia ad oppositum) quod suae natu- rae non competit, quam si moveretur libere prout competit suae natu- rae." Ia.IIae.q.X art 4 ad Ium.

Modo conclusionis: Juvat recurrere ad auctoritatem Bossuetii: "Ce decret divin sauve parfaitement notre liberté; car la seule cho- se qui suit en nous, en vertu de ce décret, c'est que nous faisons librement tel et tel acte. Et il n'est pas nécessaire que Dieu, pour nous rendre conformes à son décret, mette autre chose en nous que notre propre détermination, ou qu'il l'y mette par autre que par nous. Comme donc il serait absurde de dire que notre propre détermination nous ôte notre liberté, il ne le serait pas moins de dire que Dieu nous l'ôte par son décret: et comme notre volonté, en se déterminant elle-même à choisir une chose plutôt que l'autre ne s'ôte pas le pou- voir de choisir entre les deux, il faut conclure de même que ce dé- cret de Dieu ne nous l'ôte pas. "Traité du L'Arbitre C.VIII.-

Ergo sub praemotione, stat libertas.-

3° Sub praemotione, Deus esset causa peccati: admissa praemotione ut supra refertur, diffidillime intelligitur Deum ad actionem physicam peccati concurrentem non per accidens causare ipsum peccatum quia pravitatem moralem.

R. - Secundum principia S. Thomae, Deus nullo modo, vult peccatum utpote contrarium Sanctitatis suae; nec vult etiam malum physicum nisi per accidens in quantum consequentia alicujus boni superioris. - Pro peccato, nullo modo vult eum, sed eum permittit pro manifestatione misericordiae suae et etiam justitiae: "Deus permittit mala fieri ut inde aliquid melius eliciat". - In peccato possumus distinguere formale peccati et materiale: formale est ipsa deficientia, ipsum deficientia seu actio fundans privationem entitatis debitae, materiale est entitas actionis absolute considerata, quidquid habet rationem entis. - Ipsa deficientia non potest provenire nisi ex causa defectibili i.e. voluntate libera defectibilis et deficientis, quoad entitatem reducitur ad supremum ens seu Deus. Audiatur ipse S. Thomas; "actus peccati et est ens et est actus; et ex utroque habet quod sit a Deo. Omne enim ens, quocumque modo sit, oportet quod derivetur a primo ente. Omnis etiam actus causatur ab aliquo existente in actu, quia nihil agit nisi secundum quod est actu: omne autem ens actu reducitur in primum actum sc. Deum, sicut in causam qui est per suam essentiam actus. Unde relinquitur quod Deus sit causa omnis actionis in quantum est actio. Sed peccatum nominat ens et actionem cum quodam defectio. Defectus autem ille est ex causa creata sc. libero arbitrio, in quantum deficit ab ordine primi agentis sc. Dei. Unde defectus iste non reducitur in Deum sicut in causam sed in liberum arbitrium: sicut defectus claudicationis reducitur in tibiam curvam sicut in causam, non autem in virtutem motivam a qua tamen causatur quidquid est motionis in claudicatione. Et secundum hoc, Deus est causa actus peccati, non tamen

est causa peccati; quia non est causa hujus quod actus sit cum defectu." IsIIae q.79 art 2. Idem docetur ex professo in "De Malo q.IIIa art 1 et 2.-

Ad bene penetrandaum quomodo Deus movet ad materiale peccati quin moveat ad formale, debemus attendere quod prior peccato seu electione mala tempore vel natura tantum adest inconsideratio, in mente eorum quae debent considerari; et tunc in ista inconsideratione voluntaria jam inchoatur peccatum, oriente mala dispositione circa bonum faciendum. Pluries non obstante ista mala dispositione Deus, quia bonus est, movet ad bonum faciendum, ~~Pluries~~ convertendo istas in malas dispositiones in bonas sic v.g. fecit pro S. Paulo in via Damasci; interdum permittit moveri ad entitatem actionis malae secundum dispositiones in voluntate repertas.

Revocetur in memoria theoria de mutua relatione causarum secundum quam causae sunt causae ad invicem in diverso ordine. Sic, in nostro causa, in ordine causae formalis, objecto malo sollicitante voluntatem, prior est inconsideratio qua inchoatur peccatum, qua inclinatur ad electionem malam quamvis in ordine causae materialis motus Dei ad entitatem materiale est prior, simpliciter tamen deficientia praecedit, supponendo decretum permissivum Dei. Ita in ordine gratiae denegatio gratiae sequitur culpam antecedentem nam: "Deus nunquam determinat ad materiale peccati; nisi creatura se prius quodam modo se determinaverit ad formale. Quia Deus, ut provisor universalis, movet unumquodque secundum ejus exigentiam et dispositionem, consequenter non movet ad actionem malam nisi voluntatem ex se male dispositam et sic moveri exigentem" Billuart, "De Deo dis. 8 a 5 ad 3.

Ergo peccatum non advenit nisi post decretum permissivum Dei; formaliter est deficientia exigens tantum causam deficientem et

fallibilem, et Deus ad solum actum physicum peccati potest concurrere et de facto concurrat. Et si quaeritur cur Deus, qui posset impedire omne malum et movere tantum ad bonum, non ita agit remittendum est ad divinam sapientiam et respondendum est cum S. Thoma:

"Aliter est de eo qui habet curam alicujus particularis et de providore universali. Providor enim particularis excludit defectum ab eo quod ejus curae subditur in quantum potest; sed providor universalis permittit aliquem defectum in aliqua particulari accidere, ne impediatur bonum totius. Unde corruptiones et defectus in rebus naturalibus, dicuntur esse contra naturam particularem; sed tamen sunt de intentione naturae universalis, in quantum defectus unius cedit in bonum alterius, vel etiam totius universi, nam corruptio unius est generatio alterius, per quam species conservatur. Cum igitur Deus sit universalis providor totius entis, ad ipsius providentiam pertinet ut permittat quosdam defectus esse in aliquibus particularibus rebus, ne impediatur bonum universi perfectum. Si enim omnia mala impedirentur, multa bona decederent universo: non enim esset vita leonum, si non esset occisio animalium; neque esset patientia martyrum, si non esset persecutio tyrannorum. Unde dicit Augustinus: Deus omnipotens nullo modo sineret aliquod malum esse in operibus suis nisi adeo esset omnipotens et bonus, ut bene faceret etiam de malo." I, q. 22 art. 2. Et ecce operatio potentiae divinae circo malum et quomodo, sub praemotione Deus nullo modo est causa peccati formalis.

Quid debemus addere contra praemotionem indifferentem quae esset causa actus liberi quoad entitatem sed quae nihil faceret quoad determinationem actus remanentem totaliter in manu creaturae? Haec doctrina non solvit problema, cum illa praemotione stante, creatura esset jam in potentia ad actum et debent seipsam reducere in ac-

Magisvero, si ita esset, aliquid reale, ipsa determinatio libera, effugeret universali causalitati Dei; aliqua determinatio creata esset independenter a suprema determinatione aliud ens creatum, libertas creata esset independenter ab ente a se, a libertate prima et suprema, Deus non esset primus ens, actus purus si una determinatio vel unus actus esset independenter ab ipso.

Si praemotio Dei esset indifferens si reduceret ad actum relinquendo determinationem actum ad creaturam solam, tunc haec praemotio non inclinaret ad volitionem magis quam ad volitionem et consequenter conversio Petri non magis est opus Dei quam traditio Judae, vel proditio Judae non minus opus Dei quam conversio Petri aut Pauli. Et sic quod est maximum in salute nostra, ipsa determinatio salutaris esset totaliter a nobis et non a Deo auctore salutis!

Astantibus ergo talibus contradictionibus ex illa systemate orientibus, magis amemus admittere conclusionem principiorum S. Thomae quamvis adest non contradictio sed mysterium: Deus movet nostram libertatem infallibiliter et libere et quidquid boni est in actibus nostris dependet a Deo.

II. Refutatio Augustianismi:— Primum dicendum est contra praemotio- nem per modum objecti seu contra delectationem victivam. 1^o Prae- motio ex parte causae finalis est insufficientis quia, ipsa data, voluntas nondum applicatur ad actum secundum. Voluntas debet mo- veri quantum ad exercitium actus quod non provenit ab objecto:

"Primo igitur modo (i. e. quantum ad exercitium actus) voluntas a nullo objecto ex necessitate movetur: potest enim aliquis de quocum- que objecto non cogitare, et per consequens non actu velle illud" I, II, a. X, art. 2. 2^o Iste praemotio est impossibile. Voluntas effi-

exciter non trahitur ad assensum nisi ab objecto infinito, quia voluntas est capacitatis infinitae; et consequenter nullum bonum finitum et etiam bonum infinitum insufficiente propositum non possunt efficere assensum voluntatis: "Non enim sufficiens aliis potest movere aliud mobile, nisi virtus activa moventis excedat, vel saltem ad se vel virtutem passivam ad illud. Virtus autem passiva voluntatis se extendit ad bonum in universali; est enim eius objectum. Bonum universali sicut et intellectus est objectum et ens universale. Proflibet autem bonum esse tam est quoddam particulare bonum; solus autem Deus est bonum universale. Unde ipse solus supplet voluntatem et sufficienter eam movet ad objectum." I. 105 art 5. Ergo in hoc statu unionis, cum Deus non praesertatur nobis esse ut objectum, non movetur efficienter ab objecto finito et sic in diuina promotione efficiente bene applicat efficienter potentiam creandi ad actum agendi.

III. Refutatio Scholae Cajetano-Thomisticae: - Ista schola tota

est in astruendo solo cooperativo influxu quo Deus in se et instanti naturae voluntati cooperare dicitur. Sed contra dicimus cum solo influxu cooperativo non possumus dicere quod Deus habet dominium supra voluntatem multiplici ratione: a) habere dominium est habere facultatem utendi re sua. Si ergo Deus habet dominium supra voluntatem creatam potest uti prout ipse vult. Itaque applicatio rei ad propriam rationem pertinet ad usum. Ergo nihil prohibet Deum dominum voluntatis applicare eam ad rationem quod sequitur concursus simultaneus cooperans, et ipsa sui essentia, non applicat ad actionem, aliter es et brevius: applicatio praecedat actionem, sed cooperat tantum ad actionem et effectum efficiendos. Ergo solus concursus simultaneus etiam cooperans non servat suum dominium

nem seu effectum alterius causae nullo modo dat dominium supra talem causam. Ex eo quod unus trahit navim cum altero non dicitur primus habere dominium supra secundum. Ergo solus concursus simultaneus cooperans ex parte Dei non sufficit ad solvendum ejus supremum dominium supra creaturam. 6) Magisvero si influxus immediatus Dei in operationem sufficit ad solvendum supremum dominium Dei, cur non diceremus quod pro eadem ratione voluntas creata habet dominium supra Deum et eo utitur in ordine ad operationes suas quae nequeunt produci nisi dependenter a voluntate? - Ergo concursus simultaneus cooperans tantum non sufficit et non est motio Dei in voluntate. -

Ad argumenta Scholae ut supra relata sic respondendum est:-

1.-ad principium aristotelicum: Motio moventis in moto est motus mobilis. Motio moventis in moto est motus mobilis i.e. "moveri" mobilis concedo. Motio moventis in moto est motus mobilis i.e. "movere" mobilis seu operatio, nego.

De sensu eorum, per concursum cooperantem Deus non solum cogit vel cooperat cum voluntate creata sed etiam movel voluntatem, reducit de potentia ad actum, applicat et movet ad operationem. Sed "moveri" "applicari", "reduci" estne aliquid distinctum ab operatione voluntatis seu ab "to" movere voluntatis liberae?. Utique sicut calefieri ignis est quid distinctum a calefacere ignis ut vidimus in explicacione praemotionis. Habemus motionem actionem seu movere active, motionem-passionem seu moveri mobilis et tandem movere mobilis seu ejus operatio, motus movens. - Ergo alius est motus quo voluntas movetur a solo Deo, motio passio seu moveri voluntatis: ~~iste~~ motus est actus, actus quidem perfecti i.e. entis in potentia prout in potentia, causatur in mobili a movente; in hoc solus Deus operatur, anima tantum recipit et passive se habet: "in operatione qua Deus operatur movendo naturam non operatur natura" De Potentia q.3.art 7 ad 7um. Alius motus

tus est ille quo voluntas movet seipsam producendo suam operationem, hoc est "movere" voluntatis, est operatio, actus perfecti, volitio qua voluntas movet seipsam determinat seipsam sub motione Dei et consequenter operatio creaturae procedit ex voluntate mota seu praemota.

Tandem omnis causa praecedit effectum suum saltem prioritatem causalitatis et dependentiae; ergo si Deus movet voluntatem liberam applicando ad actionem, praemovet ipso facto: concipitur primo voluntas mota et deinde sic mota producit suam operationem connaturalem. -

2. Ad auctoritatem S. Thomas citatam:-

a. "Dominium quod habet voluntas supra actus suos...excludit

determinationem ad unum. - I.C.G.c.66. -

R. - Hic textus debet explicari per verba quae sequuntur: "non autem excludit influentiam superioris causae a qua est ei esse et operari et sic remanet causalitas in causa prima quae Deus est respectu motuum voluntatis." - Ut supra dicimus si "operari" creaturae est a Deo non sufficit concursus simultaneus neque Molinistarum neque cooperans Scholae Cajetano-thomisticae. - Quid ad exclusionem determinationis ad unum? Responsio tota est in hoc quod secundum principia S. Thomae potest movere voluntatem liberam ad unum ponendum et potest hoc facere absque prejudicio libertatis i.e. praemovet intacta libertate. - "Solus Deus potest inclinationem voluntatis quam ei dedit transferre de uno in aliud secundum quod vult" "De Ver. q.22. a9. -" Quidem vero non intelligentes qualiter motum voluntatis Deus in nobis causare possit absque praejudicio libertatis, conati sunt has auctoritates male exponere ut se dicerent quod Deus causat in nobis velle et perficere in quantum dat nobis virtutem volendi non autem secundum quod faciat nos velle hoc vel illud." III C.G.c.88 et S. Thomas respuit opinionem illorum ut oppositam S. Scripturae. - Ergo determinatio non venit solum a voluntate sed a voluntate sub motione

Dei: "Moveri ex se non repugnat ei quod movetur ab alio" et voluntarie seu libere se movet;" Deus movendo voluntatem non cogit ipsam quia dat ei ejus propriam inclinationem.- Idem affirmatur quando D. Auctor ait: "causa prima non ita agit in voluntate ut eam de necessitate ad unum determinet sicut determinatam naturam; et ideo determinatio actus relinquatur in potestate rationis et voluntatis." De Pot. q. 3. art 7 ad 13. In quo affirmatur quod motio Dei non necessitat voluntatem i.e. movet intacta libertate; et etiam affirmatur quod nostra determinatio non est a sola creatura seu causa libera sed a voluntate mota a Deo; aliter aliquid subtraheretur ad causalitatem universalem Dei. Ergo Deus nos movet ad determinandum nos, ad ponendum ex nobis aliquod actum et haec motio est permissiva si agitur de deficientia actus liberi.-

b-"Deus movet....sicut universalis motus....ad bonum;..... sed homo per rationem determinat se ad volendum hoc vel illud.... IaIIae q. 9. art 6 ad 3um.

Hic textus assumitur ad probandum quod motio Dei est solum ad movendum voluntatem circa finem et quod nulla adest motio circa determinationem liberam voluntatis.-

R.- Motio Dei quae ponit voluntatem in actu circa finem, non excludit motionem qua voluntas moveretur ad ~~ad~~ volendum hoc vel illud. Saepe S. Doctor affirmat istam motionem circa volitionem actualem mediocorum ad finem et principium, in virtute cujus haec motio exigitur, ab ipso enuntiatur: "Omne enim quod quandoque est agens in actu et quandoque in potentia, indiget moveri ab aliquo movente". IaIIae q. IX art 4.- Applicatio ad voluntatem immediate datur: "manifestum est autem quod voluntas incipit velle aliquid, cum prius non velle; necesse est ergo quod ab aliquo moveratur ad volendum "l.c.- Haec motio

voluntatis includit et motionem voluntatis circa finem ut patet in textu ab adversariis citatur et motionem quantum ad actum liberum i.e. ad actum volitionis circa media: "Dicendum quid, sicut Dionysius dicit de Div. Nom. ad providentiam divinam non pertinet naturas rerum corrumpere *sed* servare; unde omnia movet secundum eorum conditionem ita quod ex causis necessariis per motionem divinam consequentes. Quia igitur voluntas est activum principium non determinatum ad unum, sed indifferenter se habens ad multa, sic Deus ipsam movet quod non ex necessitate ad unum determinat, sed remanet motus ejus contingens et non necessarius, nisi in his ad quae naturaliter movetur. Ia IIae q.10 art 4. Quid est ista motio quae non determinat ad unum et sub qua remanet motus voluntatis contingens et non necessarius nisi motio ad electionem liberam, motio ad actum liberum? **E** contra, motio in his ad quae naturaliter movetur, nonne est motio voluntatis ad finem seu bonum in communi quae naturaliter a voluntate appetitur, quae motio certe necessitat voluntatem? - Idem, motio ad electionem liberam affirmatur in responsione ad 3 um ejusdem articuli: "Unde non sequitur quod voluntas a Deo moveatur ex necessitate". Motio non necessaria est motio ad media circa finem cum motio, ut motor universalis est necessaria circa finem. - Totum caput 89 um libri tertii Contra Gentiles ponitur ad hoc ut probatur provenientia motus voluntates non a sola voluntate sed etiam a Deo: "Deum facit nos velle hoc vel illud, Deus est causandi volendi, est primum principium nostrarum conciliorum et voluntatum. Quid in "De Moto q.3.art 2 ad 4um: "cum aliquid movet se ipsum, non excluditur quin ab alio moveatur, a quo habet hoc ipsum quod se ipsum movet: et sic non repugnat libertati quod est causa actus liberi arbitrii." Haec motio certe est circa actum liberum.

Consequenter, nullomodo affirmare possumus quod S.Thomas admit-

tit motionem pro voluntate negligendo motione, omnino necessariam, pro actu libero. Si non esset ista motio ad talem actum, unum ens esset independenter a Deo quod sane est absurdum.-

3- Ad testimonium Cajetani: Afferunt adversarii testimonium illius praeclarissimi commentatoris Divi Thomae ad negandum concursum praeivium. Card. Cajetan sensu eorum, solummodo admitteret solam motionem cooperativa quin ista motio sit praevia.-

R.- Si bene attendamus ad textum, videbimus quod Cajetanus ex una parte dicit quod motio est praevia actioni propriae causae secundae quando non supponit nullam virtutem agendi cum qua potest cooperari et a qua modificatur; ex altera, non requiritur ista motio praevia in quibus virtus agendi adest sed motio cooperans eum actione propria. Et ista motio certe praecedit operationem natura et causalitate, sed non facit totam actionem quin causa secunda agat. Supponit virtutem agendi quam perficitur reducens de potentia in actum, cum qua cooperatur et a qua modificatur.- In doctrina nostra nullo modo requiritur pro causis secundis specialiter pro voluntate libera, talis motio praevia ut requiritur in exemplo a Cajetano allato: Baculus in se non habet virtus movendi, motio manus non eum perficit, nec cum eo cooperat, motui manus attribuitur actio baculi; e contra in praemotione nostra, requiritur virtus agendi, potentia in actu primo et cum ista virtute quae perficitur reductione in actu, cooperat motio divina ita ut operatio dependet a virtute propria causae secundae motae a Deo.-

Magis vero invenitur in ista motione cooperativa, omnes notas nostrae praemotionis: cooperat intrinsece cum virtute propria causae secundae ita ut operatio excessit a causa secunda sub motione, ista motio recipitur secundam naturam causae secundae secundum dic-

tum S. Thomae: "motus primi moventis non recipitur uniformiter in omnibus mobilibus sed in unoquoque secundum proprium modum" De Malo q. IIIa art 2; ab ea provenit motus causae secundae: sec hoc: quidquid movetur ab alio movetur " et sic motus causae liberae non excludit motionem Dei; tandem est ratio unionis virtutis causae secundae cum effectu. Causalitate antecedit causam secundam sed non virtutem propriam; et sic recte motio cooperativa Cajetani eadem est ac praemotio Scholae Thomisticae. - Ita solutio ad difficultatem ex testimonio illustrissimi cardinalis exortam, secundum Cou-
din in sua "Philosophie, tome IV p. 491-sq. -

Va Conclusio. -

A. - Corollaria:

1. - Necessitas praemotionis: - Ergo ex thesi patet absoluta necessitas ponendi praemotionem physicam ubicumque adest ortus efficientiae in creaturis. Actio seu actus secundus quae est causalitas efficiens oritur in creatura et ex creatura non tenet independentem a Deo. Omnis causa secunda, habet^{no} constitutivo suo metaphysico, distinctionem realem positivam inter suam essentiam actualem et ejus existentiam. Ex hac natura contingenti quoad esse infertur contingentia quoad agere i.e. creatura si est in potentia ad esse, a fortiori est in potentia ad suam actionem. - Hoc status potentiae omnino requirit ens in actu, pro transitu de hoc statu ad statum actualitatis. Unde Ens in potentia ad hoc reducitur in actu, exigit influxus seu influentiam entis in actu: quod facit ut causa in actu primo agat de facto. Consequenter tota praemotio consistit

in "to" reduci de potentia in actu".-

Notetur quod praemotio est sive immediata sive mediata. Est immediata quando Deus, exclusis causis secundis, tangit per se solum potentiam agendi reducendo eam de potentia in actum. Est mediata, cum Deus mediantibus causis secundis inter se subordinatis aliquam virtutem agendi praemovet seu reducit de potentia in actum. Adest praemotio mediata ubicumque invenitur subordinatur causarum efficientiarum inter se; aliter praemotio est immediata ut fit pro voluntate libera quae nulli creaturae subditur sed a solo Deo praemovetur.

2.- Possibilitas entitatis praemotionis:- Ergo nullomodo repugnat talis entitatis possibilitas ~~sed~~ quae reducit causam secundam de potentia in actu; etsi agitur de voluntate libera quae infallibiliter et intacta libertate praemovet.- Infallibilitas praemotionis provenit ex efficacia suprema divinae voluntatis quae in suis decretis nullo modo potest frustrari. Unde sub praemotione, voluntas ponit infallibiliter talem actum ad quem praemovetur et praedeterminatur a Deo.- Haec infallibilitas nullo modo offendit libertatem. Deus vult et eventum et modus ~~eventus~~ et res fiunt eo modo quem Deus vult: si ergo aliquid libere fieri vult, libere fiet. Clare apparet quod si praemotio ex parte creaturae est entitas creata tamen quia est participatio transiens divinae potentiae potest producere effectum infallibilitate et conservando naturas. Est vis instrumentaria pro Deo et sic effectus proportionatur Ipso Deo et non vi instrumentaria ut entitas creata.- In hac praemotione infallibili absque praeiudicio libertatis apparet fortitudo et suavitas actionis divinae.-

3.-"Motio sui" voluntatis sub praemotione divina; - Certum est quod voluntas sese movet, sese determinat. Quid significat haec "motio sui"? Nullo modo sese movere pro voluntate significat sese reducere de potentia in actum; hoc est absurdum. Est in potentia ad actionem ergo debet reduci ab alio. In receptione "ipsius reduci" passive se habet voluntas, cum in motione sua debet active se habere. Ergo sese movere significat: eligere medium sub actuali volitione finis: "ipsa (i.e. voluntas) movet seipsam, inquantum per hoc quod vult finem, reducit seipsam ad volendum ea quae sunt ad finem." I a IIae q.9.art 4.- Hoc fit mediente consilio: "cum aliquis vult sanari, incipit cogitare quomodo hoc consequi possit; et per talem cogitationem pervenit ad hoc quod potest sanari per medicum et hoc vult." I.e. Ergo voluntas efficienter movet intellectum ad deliberandum et deliberatione terminatae acceptae libere aliquod iudicium practicum ut ultimum. In hoc acceptatione seu electione stat motio sui voluntatis; per hoc se determinat et se movet, non eminentem quae est vita, seu actio procedens ex facultate ut actu immanens et exiens voluntate cum dominio causalitatis et libertatis.

4.-Sub praemotione stat libertas. - Ergo sub motione Dei, voluntas libere ponit actionem adquam promovetur. Et sic, in virtute infallibilitatis istius motionis nunquam potest componi actio cum non actione. Voluntas ponit actum cum reali potentia non agendi vel aliter agendi. Haec potestas resistendi non est mere fictiva vel illusoria quumvis nunquam reducitur in actu cum actio ponitur. Sic si quis stat, vere habet potestatem sedendi sed tamen nunquam potest simul ponere actionem standi cum non positione actionis. Si hoc faceret, induceretur contradictionem. Ergo nullomodo definitio liber-

a
 tatis Molinistis proposita, secundum quam possemus agere vel non a-
 vere in sensu composito, admitti potest. - Habemus actualem exercit-
 tum libertatis in ipso actu electionis quando elegitur aliquod judi-
 cium practicum tanquam ultimum; et eligendo tale quid, habemus supra
 hanc electionem non solum dominium causalitatis sed libertatis i.e.
 ponimus electionem cum reali potentia ad oppositum sed nunquam pos-
 sumus componere actionem cum non-actione. Consequenter recta notio
 libertatis non exigit potestatem agendi et non agendi in sensu com-
 posito sed in sensu diviso tantum. - Actus noster licet sub actione
 Dei potest illustrari ex actu libero Dei. Deus, actu suo necessario
 qui nihil est aliud ac sua substantia, libere infert infallibiliter
 esse huic mundo, et habet realem potestatem creandi alium mundum
 quamvis nunquam realizatur. Sic sub praemotione infallibili sed
 conservante modum libertatis, voluntas ponit actionem determinatam
 cum reali potestate resistendi et aliter agendi quamvis haec potes-
 tas nunquam erit in actu in eo instanti in quo est actio posita? -

B. - Scholia: -

1. - Vitia doctrinae adversariae: - Si non admittitur doctrina de
 concursu praevio exurgunt magna inconuenientia inadmissibilia. a)
 Deus non esset causa prima quia actio creaturae liberae esset inde-
 penderet a Deo; et ipsa voluntas esset agens primum si nullo modo
 actio sua attribuenda est alio agenti. Et nonne ita in systemate ad-
 versariorum. b) Influxus Dei subicitur ipsae creaturae. Deus semper
 est paratus ad agendum si creatura velit; unde concursus fit colla-
 tus determinatus quando se determinat creatura et sic in actione
 Deus se habet ut posterior et creatura est ante Deum quia Deus est
 in usu creaturarum; quomodo, tunc, Deus est Dominus omnium quae habet

dominium absolutum supra creaturas. c) Aliquid esset impossibile Deo cum esset possibile creaturae. Ipsa voluntas libera potest producere determinatam actionem servata libertate, Deus non posset? - Esset extra ambitum huius potentiae producere substantiam et specialiter ad-
 dam libertatis rationis liberae? Deus non posset condere consentium in creatura; unde tunc efficacia voluntatis deviare et in ordine sa-
 cramentali efficacia destinae? d) Negata praedictione seculi a neces-
 sitate scientiae divinae in Deo quae comprehenderet futura et submissa;
 qua scientia admissa passivitas introducit in Deo; nam scientia
 non est amplius causa rerum, licet non cognoscit in decretis suis de-
 terminatis, sed scientia Dei dependet a creaturis. - Per scientiam
 divinam Deus tantum praesentia futura non determinat, sed eventuum
 et sic Deus passive se habet erga futura libera quae determinant su-

am scientiam cum revera debent determinari a Deo et ipse sit aucto-
 rum. e) Contra assertum S. Pauli: Quid habes quod non accepisti?
 Reberemus ponere quod creatura libera debet aliam idem Deo, tam a
 Deo, bene ut usum facultatis et consensu mentis bene ut in ipso consensu
 quod oblato. - Ergo Paulus scilicet dicit de differe in Deo quod ipse et
 ipse solus producit consentium gratiae; ipse et ipse solus est aucto-
 tor sui salutis. Quid tunc de verbo Pauli dicit e: "salus saltem justorum
 a Domino" 1a 36.

2. - Doctrina S. Thomae de causalitate divina in ordine naturae:

a) Nihil existit extra Deum nisi ab ipso Deo creatur: hoc scilicet
 in ipso intelligentia creaturae, super distinctionem essentiali et ex-
 istenti. b) Nihil extra Deum subsistit nisi conservetur a Deo. Ef-
 fectus cessat si causa cessat, sic esse, effectus proprius Dei, ces-
 sat si cessaret ratio Dei conservans esse, in creaturis et sic De-
 us in fine procedens est omnibus creaturis ipsa sua actione quae con-

servat res in esse. - c) Deus ab ista operatione in omni aere creato et haec operatio non est dispensatio a mundi pro creaturis; e contra Deus operatur et causa applicata sit ad suam rationem secundum naturam uniuscuiusque. d) Deus immediate movet omnes voluntates creatas "interius inclinando eas" (In q. 107. a. 4) et sic "nemo ne claudat Deum ut instrumentum vel totam causam causalitatis nisi adest sciens per liberam arbitriam (l.e.). Deus primo inclinacionem voluntatis ei dicit, conservat eam et applicat ad actionem. -

3. - Solutio 3.ª ad se de relationibus inter causas primam et secundam:

a) Ino D. Doctore, causa prima et causa secunda sunt de eodem genere **totales** subordinatae. Causa prima movet secundam ad suam rationem, facit ut ipsa velit. Effectus seu ipsa operatio taliter efficitur a causa prima et a causa secunda. - b) **Voluntas** non est indifferens, voluntas est efficiens et causa volens **ti**, sed est determinans se per rationem et est in via ad suam rationem, voluntas movet seipsum in tali ratione et est in via ad suam rationem. c) **Peccatum** non est nisi post decretum permissivum ex parte Dei. Voluntate est deficientis, recipiens tantum ex causa deficientem, ipsa creaturam. Res movet tantum ad entitatem in via ad suam rationem. **Voluntas** non est indifferens vel movet per deficientem ad rationem. **Voluntas** movet seipsum in tali ratione et est in via ad suam rationem. - d) **Substantia** Dei, voluntas esse determinat liberam in ratione. **Voluntas** movet indifferentem et per hoc voluntas movet indifferentem ad suam rationem. Nullatenus subiectum libertatis, sic movet indifferentem in iudicio et sic movet de necessitate movet libertatem et sic movet totam ad rationem in libertate Dei.

dum difficilis ut mundo defenditur libertas arbitrium, ne ari Dei
 gratia videat, quod de cetero conceitio Dei gratia, libertas arbi-
 trium, patet in auctori. Numquid ideo ne videtur est quod apertum est,
 inquit idem in auctore (De Sole parsov. c.14) quia comprehendi non
 potest // ~~etiam~~ quod occultum est. Apertum et certum est nobis
 hominem esse liberum et Deum illius volisse in suo consilio sui
 ut eligeret quod vellet laudem voluntum. Quod apertum et certum
 nobis est hominem liberum esse a Deo in suo esse et opera-
 ri esse in suo Dei sicut in suo filii, Deum de voluntate
 tibus non nulli, sicut in auctore, inquit de auctore elidendum
 omnipotens voluntatem, et quod in auctore volente et laudare e
 et omnia opera nostra, ut forte hinc auctore, et laudare et in-
 ta libertas hominis cum in auctore a Deo de auctore. Inquit ideo
 apertum est quod opus est in auctore, et quod non potest quod de-
 e laudare est. Sic apertum et certum est Deum esse immutabilem, et
 quod apertum et certum est Deum esse filium, et inquit quomodo
 hinc Deo, inquit filius et liber auctore auctore est. Numquid de-
 deo apertum est.... Inquit in auctore apertum et certum est quod
 auctore filii auctore auctore, et quod auctore, inquit auctore, et in
 auctore auctore auctore. Inquit in auctore auctore auctore. Numquid
 ideo apertum est.... Inquit in auctore auctore auctore auctore auctore
 est, et quod auctore auctore auctore auctore auctore auctore auctore,
 auctore auctore auctore auctore. Inquit in auctore auctore auctore auctore
 auctore auctore auctore, et quod auctore, et quod auctore auctore auctore
 de auctore auctore auctore auctore auctore auctore auctore auctore auctore
 de Deo, Dis. III. c. 1. 1. -

Tamen, bene scilicet in auctore auctore auctore auctore auctore auctore auctore
 auctore, et quod auctore auctore auctore auctore auctore auctore auctore auctore

mana sed relinquitur in manibus Dei summe boni et Salvatoris
qui **salvat** sperantes in se: "In te Domine speravi, non confen-
dor in aeternum". Ps 70.

J. Gendron, C.M.I.

21/ mars Pâques. 1932

* * *

Julien Gendron
C.M.I.